

02 H 1101



Q. D. B. V.

IVSTI HENNING. BÖHMERI, D.

PROFESS. IVR. ORDINAR. IN ACADEM. FRIDERIC.

MEDITATIO  
DE

J V R E  
EPISTALMATIS,  
von Fürstlicher Ordre/

Occasione L. bene a Zenone. 3. C. de  
quadr. præscr.

Olim

IN REGIA FRIDERICIANA

per modum disputationis inauguralis

PRÆSIDE

*Icto, dum viveret, consummatissimo*

B. DN. SAMVELE STRYKIO,

REGIÆ MAIESTATIS BORVSSICÆ CONSILRAR. INTIMO,  
PROFESSORE PRIMARIO, ET FACULT. JURID. ORDINARIO,

*Anno 1699.*

ERVDITORVM EXAMINI EXPOSITA,  
iam denuo edita.

HALÆ MAGDEBURGICÆ,

Typis CHRISTOPH. ANDREÆ ZEITLERI, Acad. Typ. 1713.

DEUTSCHER  
DIEZENHÄNDLER  
GUTHOLD

H. GUTHOLD

DEUTSCHER  
DIEZENHÄNDLER

H. GUTHOLD

DEUTSCHER  
DIEZENHÄNDLER

H. GUTHOLD

DEUTSCHER  
DIEZENHÄNDLER

H. GUTHOLD

DEUTSCHER  
DIEZENHÄNDLER

SERENISSIMO atque POTENTISSIMO  
PRINCIPI AC DOMINO,  
**DN. GEORGIO**  
**LUDOVICO**  
DUCI BRUNSVICENS ET  
LUNEBURGENSI,  
SACRI ROM. IMPERII ELECTORI,  
PATRIÆ PATRI OPTIMO,  
PRINCIPI PIO, FELICI, AUGUSTO  
s.



Vemadmodum illi, qui ius-  
fus sumorum Principum  
eminentes reverenter ha-  
bent, & se ad illos devotissi-  
me componunt, sola obse-  
quii gloria nihil præstabilis, nihil pul-  
chrius ducunt, adeo ut vel in hoc unico  
devotionem erga Principes subiectissime  
exhibere annitantur; ita ipse mihi non fa-

tisfecisse putavi, hanc obsequii gloriam ad  
jussus summorum Principum solummodo  
disputatione publica expendisse, ni etiam  
devotissimam ad religionem obsequii uni-  
ce directam mentem erga Te, SERENISSIME  
ELECTOR in frontispicio subiectissime siste-  
rem, & clementiae Tuæ singulari, Augu-  
stissimo Tuo nomini hoc scriptum conse-  
crando, me devotissime commendarem.  
Equidem diffiteri haud possum, hanc au-  
daciā me tanta clementia indignum red-  
dere, quod inconditum hunc laborem se-  
renissimo Tuo obtutui exponere non eru-  
bescam. Vicit tamen hasce animi hæsitationes illa ipsa admiranda Clementia, qua  
eos, qui rei literariae & bonis artibus ope-  
ram dant, nunquam non excipis, & quam  
ipso facto quotidie erga omnes exemplo  
augustissimo ostendere, Tibi gloriæ ducis.  
Intuemur enim in Te avitas illas & pater-  
nas virtutes, per totum orbem immortaliti-  
tati jam dudum consecratas, & quicquid

AUGU-



AUGUSTI IN ERNESTO AUGUSTO glorioſæ me-  
moriæ Parente fuit, in id tota natura Tua  
quam maxime propendet. Tot sane testes  
Tuæ inuſitatæ bonitatis mirificæque beni-  
gnitatis concurrunt, ut nulla dicendi aut  
ſcribendi tanta vis, quæ illam ipsam vivis  
quasi coloribus depingere, nullum ingeniu-  
um tantum fit, quod illam capere queat.  
Ipsa carissima Patria Te optimo felicique  
patriæ Patre gubernacula Reipubl. tenen-  
te, nihil potius nihilque antiquius habet,  
quam quod Tuis sub alis, SERENISSIME PRIN-  
CEPS, quasi in portu navigare & perfrui felici-  
tate divinitus data queat. Quis ergo mihi  
vitio vertet, si ad ejus exemplum primitias  
has submissò animi cultu ad tuas deponere  
pedes, & ea perfrui clementia gestiam,  
quam Tui omnes quotidie experiuntur.  
Coruscat Patria radiis Stellæ illius inclytæ,  
quæ per tot annorum cursus in insignibus  
Augustissimæ Tuæ Dom⁹ admirando cum  
effectu exsplenduit. Mihi quidem satis erit,

ſivel

si vel sub umbra Tua recumbere, & saltim e  
longinquo quasi Majestatem Stellæ illius  
subjectissima veneratione prosequi possim.  
Suscipias proinde, AUGUSTISSIME PRINCEPS,  
pari benignitate præalentem laborem qua-  
lemlqualem, qua subditorum Tuorum pre-  
ces prosequi suevisti, & permittas ut Tuæ  
clementiæ singularis ac inusitatæ benigni-  
tatis documentum illis præbeat, in quorum  
manus forte inciderit. Deus Stator Imperi-  
orum, Tibi totique Domui augustissimæ  
Tuæ largissime benedicat, eamque prote-  
gat & tueatur, & Imperio Tuo prosperita-  
tem, felicitatique Tuæ addat diuturnita-  
tem, ut sub his divinis alis augustissima  
Domus augustiora quotidie capiat incre-  
menta, resque & publica & literaria radiis  
Tuis splendeat.

SERENITATIS TUÆ ELECTORAL.

*Subjectissimus servus*

JUSTUS HENNINGUS Böhmer.



## CAPUT I. DE NATURA EPISTALMATIS.

### SUMMARIA.

- I**ngressus de subsidiaria amicorum Imprimis expressa. 17.  
opera. n. 1.  
Orta inde jura. 2.  
Unde orta illa necessitas aliorum operam adhibendi? 3.  
Præstatio illius operæ quatenus voluntaria. 4.  
Quatenus necessaria. 5.  
Unde factum ministri reputetur factum Principis? 6.  
Fundamentū opera subsidiarie Principi debita. 7.  
Transitus ad materiam de Epistalmate. 8.  
Derivatio. 9.  
Homonymia. 10.  
Vox Ordre quomodo accipiatur. 11.  
Stricta & juridica acceptio Epistalmatis. 12.  
Synonymia. 13.  
In Epistalmate est respectus ad superiorem. 14.  
Et subditos. 15.  
In Epistalm. voluntas attenditur. 16.
- Imprimis expressa. 17.  
Etiam per preces declarata. 18.  
Obligatio precum 19.  
An & quatenus Scriptura requiratur in Epistalmate. 20. 21. 22.  
Decisio. 23.  
Limitatio duplex. 24. 25. 26.  
Objectum 27.  
Definitio 28.  
Primum affine Lex. 29.  
Differentia ejus ab Epistalm. 30. 31. 32.  
Quatenus tacite inducatur. 33.  
Secundum affine Rescriptum. 34.  
Differentia. 35.  
An solennem formam ex Nov. 114. desiderant? 36.  
Fiunt motu proprio. 37.  
Inest conditio: si princeps recte informatus fuit. 38.  
Mandatis privatorum comparantur. 39.  
Personam agentis habilitant. 40.  
Effectus eorum in Principem redundat. 41.

A

Tertium

## CAP. I. DE NATURA

- Tertium affine editum & deere-  
 rum. 42.  
 Quartum, annotatio 43. 44.  
 Quintum, diplomata. 45. 46.  
 Sextum, Arresta. 47.  
 An inhibitiones epistalma faciant? 48. 49.  
 Septimum affine, mandatum, quat.  
 est contractus. 50. 51.  
 Differentia. 52.  
 Octavum mandatum principis. 53.  
 Convenientia ejus cum Epistalm. 54.  
 Differentia 55. 56. 57. 58. 59.  
 Divisiones. 60.  
 Epistalma generale. 61.  
 Speciale 62.  
 Diversa utriusq; ratio. 63.  
 Manifestum. 64.  
 Secretum. 65.  
 Quod non propatandum. 66.  
 Epistalmatis secretis & manifesti di-  
 versa obligandi ratio. 67.  
 Epistalma plenum. 68.  
 Inde plenipotentiarii. 69.  
 Minus plenum. 70.  
 Exemplum pleni epistalmatis ex A.  
 B. 71. 72.  
 Consilium pro legato missō cum ple-  
 na potestate. 73.  
 Exempla minus pleni. 74.

**A**Ec communis est mortalium conditio, ut non omnibus negotiis & rebus possint ipsimet superesse, sed multa per subsidiarias amicorum manus expedire debeant, quo & communia socialitatis jura tendunt, & jura civilia in non paucis efficaciam dirigunt suam. Nemo enim tam imperitus rerum, qui ignoret, quam insignia ex hoc fonte nata sint jura & officia apud omnes Gentes, candem sanctitatem fidentque habentia, cum hujusmodi usus indigentiaque eadem omnes premere videatur, ingravescente praesertim & altiores radices surcente luxuria, cupiditate inclarescendi & aemulationis studio. Nam ita & labores humani multiplicati, onus oneri successit, & demum eo res redacta, ut dum pluribus simul intenti esse non possumus, plurima negotia aliis sint committenda, nostro tamen nomine expedienda, ex quo ipso solennis ille *contractus Mandati* ostium duxit. Enim vero haec subsidiaria opera necessitatem in se nullam continet efficacie, ut scil. remota omni conventione validam, quis ad hanc alteri necessario praestandam in foro compelli posset; cum obligatio ex officiis *humanitatis* adstringat quidem homines, ut alterius, quantum commode fieri possit, utilitatem promoveant; interim tamen jus imperfectum tantum tribuat, ut quidem, qui operam illam alteri, eam licet justo pretio compensare volenti.

## EPISTALMATIC.

3

volenti deneget, pro *inhumano* reputādus sit, nō vero pro *injūrio*, quasi alterius suum non tribueret. Et hactenus voluntatis esse dicitur mandatūscipere, *in commod. 17. §. 3 ff. comm.* sicuti alias nemo invitus ad contrahendum compelli potest. Atvero hæc intelligenda esse de *statu inter pares*, extra du-  
biū est. Nam statim aliam induunt faciem negotia; ubi ratio *imperantiū &*  
*parentiū* intervenit. Tunc enim opera subsidiaria non amplius est *voluntari-  
& sed necessaria*. Ipsi enim imperantes licet nulla re indigere videantur, ea  
tamen indigentia maxime premuntur, ut non omnia ipsi expedire valeant,  
sed subditorum operam in subsidium vocare debeant: quo ipso accidit, ut  
*Ministrorum factum censeatur factum ipsius Principis, L. 1. ff. de off. Proc.  
ces. & Principi tanquam Causa principalī imputetur, quicquid a ministro  
gestum. Cum vero hæc subsidiaria opera fundetur in eo, quod vel ali-  
quis sit Minister Principis certoque officio prepositus, vel *speciale mandatum*  
jussumve a Principe in certa aliqua causa acceperit,* wasser Fürstl. Ordre  
erhalten & in utroque casu non semper ex iisdem juribus decisio qua-  
stionum & dubiorum motorum desumenda, omnino separandi in pluribus  
hi duo casus, & accurate observandum, an quis ratione officii sui quid egerit,  
an vero ex *speciali iussu* eius qui jus imperandi habet; nam factum exequen-  
tis mandatum magis imputatur Principi, quam factum ministri, cœn liqui-  
dum reddidit *Dn. Prof. diss. de Oblig. princ. ex fact. Ministr. Vid. Vol. IV.  
disp. XV.* Imo vero major & uberior potestas est jussum exequentis, quam  
ejus, qui certo officio est prepositus; nam & officium ministri in pluribus  
restrictum est ad jussum Principis, & ex eo pendet; ut adeo que hæc materia  
von der Fürstl. Ordre omnino accuratam mereatur inspectionem. Et  
cum expeditum sit hanc ipsam materiam usu frequentissimam esse, aulis  
principum hac voce: *ich habe Fürstl. Ordre* quotidie personantibus, &  
non raro inde controversiae oriri soleant, non inutilem me suscepturum  
laborem crediti, si presenti disputatione inaugurali hanc materiam pro  
modulo ingenii excuterem, & ad regulas justi & boni deducerem, ad  
quam operam summi Numinis gratiam mente humillima expeto.

9

Ostendit vero Rubrica, EPISTALMA græcam esse vocem, derivandam  
ἀπὸ τῆς σέλλαιν, mittere, & ἐών qua addita propositione, denotat sub-  
mittere, ut ita ἐώτε αλητα sit mandatum, quod solet fieri per epistolam,  
vulgo *Commissionem* appellari solitam vid. Stephan. *Thes Græc. Ling. sub  
voc. σέλλω*. Habet vero acceptiōnem vel *latam* vel *ſtrictam Late.* denotat  
omne mandatum sive a Superiori emanaverit, sive non, unde non prohibet

10

CAP. I. DE NATURA

- 4 quo minus Epistalma dicamus, quod nos vulgo Volmacht / commissione  
 vocare solemus. Imo ista vox Ordre / quam Rubrica præ se fert,  
 hanc ipsam admittit acceptationem, & inter privatos usitata est, cum  
 quid alteri demandatur, imprimis in Cambiis, ubi possessor cambii deno-  
 tari solet per vocem hanc; auff meine Ordre wenn er ordiniren wird/  
 unde etiam nata locutio Wechselbrieff an Ordre oder Commiss. zu be-  
 zahlen. Sic & mandator in jure est is qui mandat, ut alteri credat, der  
 da Ordre gibt / Geld aus zu zahlen vid. tit. r. ff. de fidejuss. & Mandator.
- 11 12 Stricte vero & juridice accipitur pro iusssu superioris involvente parendi  
 necessitatem, sicuti etiam mandatum hanc duplicitem non respuit signifi-  
 cationem, vid. r. t. ff. & C. mand. & t. t. C. de Mand. princip. Strictam ve-  
 ro acceptationem magisjuridicam esse, patet ex l. bene a Zenone. 3. C. d.  
 quadr. prescr. ubi Imperator ipse hanc vocem significatu isto stricto ac-  
 cepit. Et haec tenus Gl. ad c. l. recte ait: Epistalma est mandatum, quod Im-  
 perator mittere solet, vel scriptura, quam ipse princeps scribit, seu com-  
 missio. Evidem alii legunt epitagma, vid. Dion. Gothofr. in not. ad c. l.  
 lit. i. quæ quidem lectio per se non culpanda, cum illa vox magis adhuc  
 rem exprimat, cum τὸ ἐπιτάσσω in se involvat imperium, & denotet  
 pro potestate jubere, pro imperio statuere; adeo ut epitagma legem quoque  
 significet. vid. Steph. thes. Grac. Lingv. sub voce τάσσω; verum me con-  
 formandum esse duxi ad communiorum & vulgatam lectionem, præser-  
 tim cum utrumque nomen hic unum idemque denotet.
- 13 14 Cum ergo epistalma superiorem involvat, & vero multis modis con-  
 tingat, ut quis Superior esse pos sit, Excell. Dn. Thomasius Jurispr. div.  
 L. 1. c. 1. §. 30. lit. g. sciendum est, nobis hoc loco solummodo de eo ser-  
 monem esse, qui jus imperandi habet, sive sit ipsum summum caput Imperii,  
 sive analogica quadam Majestate prædictus, quo Imperii Principes  
 referendi, quod ut eo rectius exprimerem, addidi germanico idiomate  
 von Fürstl. Ordre. Nam & vox Ordre / ex Gallica in nostram trans-  
 fusa lingvam ut jam monitum, aliquando nequidem superiorem, aliquan-  
 do tamen superiorem, non vero præcise jus imperandi summum haben-  
 tem, nisi sensu ναρ ἐξοχὴ tali denotat, ceu patet in bello, ubi milites at-  
 tenti esse debent auff die Ordre / E. G. Sie haben Ordre zu marchiren  
 zu schlagen / zu stürmen. Ex quo porro fluit, quod, quia positio uno corre-  
 latorum, ponitur & alterum, etiam hic epistalma includat in se parendi  
 necesse

## EPISTALMATIS.

5

*necessitatem*: posita enim ratione imperandi, ponitur ratio parendi. Unde epistalma datur solummodo illis, qui subsunt Imperio Imperantis, & ab ejus nutu dependent, quales hic imprimis sunt *Ministri & officiales & toga & lago conspicui*. Sicut enim ex Legislatoria potestate omnibus suis subditis leges præscribit, obligandi vim ex ejus præcepto habentes, ita multo magis *præcepta specialia* uni alterive ex subditis quin dare possit Princeps, nullam habet *exemplum*. Unde jam novum Epistalmatis *ugitnypov* nascitur, videl. quod Epistalma duntaxat *ad unum vel aliquos*, præterim ad ministros dirigatur, & in eos vim suam exerat. *vid. nov. 17. pr.*

Ut vero Leges ex *voluntate* ipsius Principis emanant, & in tam tum, ut & tamdiu vim Legis habent, quamdiu ipse princeps voluerit. *S. 6. I. d. J. N. G. & C.* ibi: *quoniam Princeps hoc non vult*: ita cum Epistalmate quoque comparatum esse censeo. Nam & hoc ex *voluntate* Principis suam recipit *determinationem*, & exinde etiam omnis sumenda *interpretatio*, si quoddam dubium incidat. Voluntas autem, ut notum, intra mentem latet, hinc declaratione opus, quæ sit vel *verbis* vel *factis*. Sed in præsenti materia imprimis consensum *expressum* requirimus, cum agatur de *præcepto*, quod conceptis verbis constare debet, & declaratione expressa. Neque vero hic præcise ad corticem verborum respiciendum esse existimo, videl. an voluntas declaretur verbis *imperativis*: sic *volo*, sic *jubeo*; siquidem & verba *precativa* inducunt Epistalma, ve- luti si Princeps dixerit: *Es wird uns zu sonderlichen Gefallen gereichen/wenn ihr dieses über euch nehmen werdet.* Nam

Est orare Ducum species violenta jubendi.

Panorm. *in c. abbas n. 4. x. quod met. caus.* & cogit rogando, qui rogat poten-  
tior conf. Dn. *Præf. dis/p. de jure Blandit.* c 2. Joh. Franc. de Ponte *Vol. 1. conf.*  
*91. n. 22. 2.* Unde decantatum illud: der Herren bitten ist gebieten/adeo q;  
eleganter preces imperantium dicuntur *armata*, Menoch. *Q. J. A. L. 2. cas.*  
*354. n. 2.* Sic & preces primariae Imperatoris non sunt *nude preces*, sed po-  
tius *jussa & mandata*, & ita etiam Pontifex *in c. dilectus 34. x. de prab. con-*  
*jungit preces & mandata, conf. Dn. Schwed. intr. i jus publ. part. So. S. 1. c. 5.*  
*§. 14.* quo ipso fit, ut etiam per preces inducatur epistalma die *Ordre &*  
parem fere parendi obligationem contineat. Nam & quo civilius ille ro-  
gat, qui imperare potest, eo arctior nascitur obligatio: quod ipsum etiam  
in modo fidicommittendi appetet. Sic testator *civiliter* rogando

A 3

v. c.

y. c. si volueris, si fueris arbitratus, si putaverit, si aestimaveris, si utile tibi fuerit visum, eandem imponit necessitatem heredi, quam si directo imperaverit ei, ut hoc vel illud ficeret. *I. fideicomissa u. §. quanquam 7. ff. de Leg. 3.* quod adhuc magis procedit in filiis, utpote in quo tanquam pater habet imperandi jus nam *verba etiam consilii* inferunt inter liberos necessitatem *c. l. §. hec verba. 9.* Solent etiam eodem modo tributa imponi vel verbis *imperativis*, quod frequentius fieri sivevit, vel etiam aliquando *precativis*, quo referri debet die *Ohrbeede* / quæ est species tributi quondam per preces exacti, qualis exactio multis Marchia civitatibus adhuc incumbit. *vid. Ill. Da. de Rhetz. differt. de Orbeda.* Quod porro attinet verba, quibus voluntas Principis declaratur, parum interesse arbitrator, an sint *nuncupativa*, an *scripta*, nam utroque modo necessitas parendi adest, in aulis principum frequentissime mandat Princeps *verbis nuncupativis*, quæ idem robur habent ac verba scripta. Annon vero epistola *præcisely scripturam requirat*, dubium inde habet, quod, ut Alciat,

*ad l. 17. C. de pat. n. 19.* ait, ex ipsa verbi *significatione* requirere scripturam videatur unde & epistola dicit esse commisionem principis per mandati subscriptionem factam; quo & Bald. *ad l. bene a Zenone. 3. C. de quadr. preser.* collimat, dum ait: *privilegia Principis non valere, nisi fuerint insinuata per signum*, quod vocatur *Epistola*. At vero licet *strictissima* *significatione* Epistola *majus* *tionem* Principis per scripturam denotare videatur, non tamen *præcisely sensu juridico* accepta vox hæc scripturam *præsupponit*, cum in *l. bene a Zenone cit.* solummodo jussum Imperatoris denotet, & ita corresponeat Epitragmati.

*22* Alii forsan esset quæstio annon Epistola *ad sui executionem* requirat scripturam, ita ut officiali prætendenti Er habe von seinem Gnädigsten Herrn mündliche Ordre bekommen/aliter non credatur, quam si Epistola poscit per scripturam probare? quæ quæstio claram decisionem capit *ex l. si quis i. C. de Mand. Princ. ubi l. mpp. expresse deciderat*, nemini quicquam, nisi quod scriptis probaverit, esse credendum, etiam si afferat, *cum mandatis secretis se venisse*; imo nullius dignitatem hic aliquid ponderis habituram, sed sacras litteras esse querendas. *conf. l. prohibitum 5. in f. C. de jur. fisci. Nov. 17. c. 4.* Peretz, *in C. L. 1. tit. 15. n. 2.* Est enim mandatum seu juslio superioris facti, igitur non præsumitur, sed ab allegante probari debet. Myl. ab Ehrenb. *de Princip. & Stat. Imp. p. 2. c. 40. §. 5.* Klock.

Vol. 1.

## EPISTALMATIS.

7

Vol. i. consil. 37. n. 37. seq. Petr. Belluga. Specul. Princip. Rubr. 7. n. 2. ibique  
 Camillus Barell. lit. a. Quod in specie urgeri solet contra commissiones  
 Principis, quibus non creditur, nisi litteras Commissionis cōfiderint. Et  
 hoc multo magis obtinet in iis casibus, quis p̄ciale Principis mandatum  
 requirunt officiali non creditur. B. Dn. Brunniem. ad l. 5. C. de jur. ffc. 24  
 n. 11. Limitatur tamen hæc decisio in quibusdam casibus comprehensis in  
 l. sancimus. 2. C. de Mand. Princ. scilicet, si de *judicis affessoris datione*  
 quæstio sit, aut de *recta ferenda sententia*, quibus casibus judices in suis  
 sententiis mentionem facere debent, se non descriptio sed ore tantum a  
 Principe accepisse, & ita sine scripto aliquo jussioni Principis fides adhi-  
 benda est. Cæterum videtur Decisio l. cit. 1. restituta ad nuncium, ab. 25  
 sente Principe, jussionem quandam referentem. Nam si Princeps præsens  
 sit & non difficilis ad eum aditus, ita ut ad eum tertius gravatus aut aliis  
 pro eo possit accedere, & ita certus de ipsius mandato ab officiali allegato  
 reddi, vera præsumitur officialis seu judicis assertio. Nec obstat supra al-  
 legata præsumptio, quod sc. quæ facti sint, non præsumantur; nam hic ma-  
 jor militat præsumptio pro officiali. Cum enim sit persona publica, fide  
 digna jurata, ejusque industria a Principe in ejusmodi negotiis adhiberi  
 soleat, non præsumendum est, quod quidquam falsi contra tertium ve-  
 lit afflere, ne alias in præsentia Principis de mendacio convictus debit  
 poenit subjiciatur. Arismin. Tepat. Decis. tit. 70. c. 15. Petr. Caball. Cas. 36.  
 ubi hanc decisionem pluribus confirmat, it. Myl. ab Ehrenb. Hyparchol. c.  
 10. §. 12. Declarant hanc rem ulterius verba ex Responso quodam a Dn. 26  
 Præside benevole mihi communicato, desumpta hæc: Ob zwär Mevio dies  
 ses entgegen steht / daß er alleine auff des Sempronii anbringen / als  
 hätten S. Churf. Durchl. solches dergestalt zu expediren befohlen /  
 da doch Sempronius keine Schriftliche Ordre von Igh Churf. Durchl.  
 vorzeigen kan / und aus denen Rechten befandt / quod alleganti man-  
 datum Principis non creditur, nisi in scriptis producatur, l. i. C. d. Mand.  
 Princeps Menoch. d. A. J. Q. L. 2. c. 48. n. 5. Weil aber dennoch gewis/dass  
 der Durchl. Churfürst unterschiedene Ordre durch den Sempronium  
 auch an das geheime Raths-Collegium mündlich stellen lassen/da nie-  
 mand von ihm ein schriftil. mandatum prætendiret, zumahlen er in  
 geheimer admission bey Sr. Churfürstl. Durchl. gestanden/und sich alle-  
 zeit a latere Principis befunden/dergleichen Personen/wenn sie sich aufs  
 manda-

## CAP. I. DE NATURA

mandatum Principis berussen / geglaubet wird / ungeachtet sie solches nicht produciren, *per c. Nobilissimus. ult. D. 97. Tiraqu. de Mobil. c. 2. n. 39.* Mascard. *de Probat. vol. 2. concl. 1007. n. 58.* So ist daher Mevius das er auf die vom Sempronio ihn mündlich angedeutete Churfürstl. Ordre solches verrichtet / von aller Verantwortung loszusprechen.

- Solent vero Epistalmata emanare de variis causis ipsius Principis, aliisve publicis negotiis belli, & pacis pro tempore & re nata, aliquando etiam de causis privatorum, ubi tamen magis naturam Rescriptorum induunt, cum præsupponant præbias, preces, mandata autem hæc fiant *motu proprio*. Plerumque ergo hic præsupponuntur talia negotia, quæ magis Principem spectant, & alias per Principem expediri deberent. Ex hisce præsuppositis jam facili negotio aliqua Epistalmatis strui potest descriptio:
27. Videlicet Epistalma est præceptum Imperantis ad officiales in causis ad ipsum Principem spectantibus directum, ut secundum negotia a Principe demandata stricte gerantur & voluntati ejus satisfiat. Declaratione ulteriori descriptionis hic superfdeo, cum in capitibus seqq. omnes inde derivandæ conclusiones luculentam ei allaturæ sint. Proinde *affinia* solummodo producenda sunt vocabula, & ab Epistalmate caute separanda.
- Occurrit autem hic (1) *Lex*, quæ generali conceptu etiam est *jus* *suo*.
29. Imperantis, seu vox Principis, *Illust. Dn. de Rhetz de absol. Princ. pot. c. 3. §. 14.* & fertur inferioribus etiam invitis, semperque vim obligandi involvit. Excell. Dn. Thomas. *Jurispr. Div. l. i. c. i. §. 28. lit. e. in not.* Et haec tenus convenit Epistalma cum Lege. Nam & hic recte dicitur: *Quod Principi placet Legis habet vigorem* §. 6. *I. de J. N. G. & C.* Differunt vero: Lex
30. dirigitur ad subditos generaliter, & concernit omnes; epistalma vero ad ceteras quasdam personas diriguntur, officiales imprimis & cæteros ministros.
31. (2) Lex dirigit negotia & actiones subditorum, ut secundum hanc eas instituant; Epistalma magis *ipsius Principis* negotia administranda respicit, & haec tenus *procuratores* Principis vel interpretes ejus voluntatis constituit.
32. (3) Lex etiam tacite inducitur: diuturni enim mores ex tacito consensu Principis legem imitantur. §. 9. *I. de J. N. G. & C.* Epistalma autem regulariter ex *ipsius Principis* voluntate expressa promanat, & sicuti jussus patris vel domini in jure nostro regulariter præcedere debet, arg. pr. *I. de Nupt. l. si quis mibi 25. § 4. de acquir. vel amitt. hered.* adeo ut non sufficiat,

## EPISTALMATIS.

9

ciat subsequens ratihabitio, cum illa ad mandatum sufficiat, ita & epistalma executionem procedere debere palam est. Etiam si enim aliquando quid ex tacita voluntate Principis suscipiatur a ministris, non tamen Epistalma dici potest, nisi accidente de munus ratihabitione expressa, quae tunc mandato æquiparatur c. ratificationem. 10. d. R. 7. in 6. Decian. trad. crimin. L. g. c. 38. n. 1. Imo & presentia Principis vel scientia & acquiescentia inducit quidem presumtionem Epistalmatis dati; Petr. Caball. Resol. erim. cas 26. n. 1. f. 99. Myler. ab Ehrenbach. Hyparchol. c. 10. §. 12. Petr. Francisc de Tondutus ir. de prevent. Judic. p. 3. c. 6. n. 6. nam & mandatum alias etiam ex probabilitibus colligitur conjecturis. Id. c. 4. n. 9. Joh. Francisc. Andreol. controv. for. 183. n. 6. Sed tamen nuda presumtio est Epistalma datum esse, non vero ipsum Epistalma; unde probationi contrariae locūs.

(II) *Re*scriptum. Hoc quoque ad certam aliquam personam dirigi solet, l. 1. C. d. divers. Rescr. & parem vim obligandi cum epistalmate habet. Sed discrepant tamen in pluribus. *Rescriptum enim* 1) regulariter presupponit scripturam l. sancimus 3. C. d. divers. Rescr. Aliat. ad l. 17 C. d. Paet. 35 n. 19. solennemque conficiendi modum: l. fairi affatus 6. C. d. divers. Rescr. Nov. 114. Epistalma autem ex supra dictis etiam absq; scriptura oretenus fieri potest, nec talem solennitatem præcise requirit. Hoc quidem certum, in 36 Nov. cit. singularem formam etiam *jussionibus* principum quibuscumque præscribi, ut scil. non valeant, nisi annotatione Quæstoris subjecta, quam formam etiam hodie in Aula Imperatoris observari tradit Gail. L. 1. de pac. publ. obs. 5. n. 4. Ast hec judicanda sunt ex observantia cujusque territorii propria, negotiique circumstantiis & qualitate, & eatenus hoc admitti potest, quatenus Epistalmata in scriptis producenda. Interea tamen non omni Epistalmati hoc competit. 2) *Rescripta* conceduntur ad prævias preces, quæ etiam eis inseruntur & sic *precantis gratia* emanant. Epistalma contra regulariter nullas presupponunt preces, multo minus *in gratiam precantis* conceduntur. Licet enim aliquando per accidentis præcesserint admonitiones vel preces vel consultationes, retinent tamen suam naturam, si Princeps in gratiam precantis nihil mandaverit. Unde 3) 38 tacita quoque conditio, omnibus rescriptis inesse solita: si preces veritate nitantur, (vid. Hercul. Marescotti variar. Resol. L. 2. c. 1. n. 3.) applicari Epistalmatibus nequit, licet quibusdam inesse possit illa: si recte Princeps fuerit informatus. Præsumitur enim Princeps male informatus, ubi man-

B

dat ali-

- dat aliquid contra jus. Franc. Nig. Cyriac. *contr. for.* 33. n. 12. quare & hic recurri solet ad secundam iusionem, ut omnis presumptio malae informationis e medio tollatur, *de qua in cap. 3. circa fin. conf.* Id. *Contr. 59. n. 13.* Non enim presumitur velle aliquid contra jus Id. *contr. 33. n. 13. 4.)*
- 39 Rescripta partem juri faciunt, & ad Constitutiones Principum referuntur §. 6. *J. d. J. N. G. & C. l. s. imperialis. ult. C. de LL. & constit.* Epistalmata autem plerumque partem juri non faciunt, & non alia ratione legis vicem obtinent, nisi ratione horum, quorum executioni commissa sunt, & cum plerumque negotia ipsius Principis respiciant, mandatis privatorum comparari possunt. 5) Rescriptis vel *gratia* indulgetur, vel *justitia* cursus dirigitur. Epistalmata non eandem naturam determinatam habent, plerumque etiam solum *habilitant personam*, alias ad illud negotium, quod nomine Principis sui gerunt, inidoneam. Unde (6) principi omnia imputantur, quæ ex epistalmate ejus exequuntur officiales, & ipse inde obligatur. Rescriptorum alia ratio est, cum haec ipsos precantes respiciant. &c.
- (II) Ab *Edito* & *Decreto* facilime discerni possunt. Hoc enim regulariter presupponit *lites*, & sic *inter partes litigantes* datur: illud *proprio motu* conditur, obligans generaliter, quod de epistalmate longe abest.
- 41 Hinc substituimus (IV) *Annotationem*, de qua mentio fit in l. 3. *C. de præser. 30. ann. 1.* omnes cuiuscunque, 6. *C. si contr. ius* quando scil. ipsi supplicationi inscribitur, quod Princeps petitioni supplicantis deferat, quod in Saxonie appellant *eine Signatur.* *Dn. Praes in annotat. ad Lauterb. tit. de constit. Princep. verb. annotationes.* Id ipsum in Gallia quoque frequens esse solet ubi consiliarii intimi Regis subscribunt: *Rex vult.* Sed haec annotationes a Rescriptis non nisi modo differunt, adeoque differentia ab Epistalmate in proclivi est, nisi velimus etiam appellare annotationem, quando Princeps mandatum quoddam subscriptit, nam & tunc solum ad modum conficiendi & edendi epistalmata referendum esset.
- 42 (V) *Diplomata*, quorum mentio occurrit in l. continuaus. 137 §. 2. ff. *d. V. O. l. eos 27. § f. ff. ad L. Cornel. de fass.* Sed haec plane separatam ab Epistalmate sustinent naturam; sunt enim codicilli, quibus potestas datur, cursu publico aliquo proficiendi. Unde phrasis *diplomatæ iter facere.* *vid. Gothafr. in not. ad c. l. 27. lit. g.* Et hoc utebantur, qui præpropera festinatione ad locum quendam tendebant, ut eo felicius iter absolvere possent.
- (VI) Ar-

## EPISTALMATICI.

13

(VI) *Arresta*, vocabulum Gallis frequentissimum, Facilius hæc 47 dignoscuntur ab Epistalmate; si quidem accipiuntur pro omnibus sententiis in superioribus tribunalibus latius, quorum pertinet famosus ille Tractatus Paponii de Arrestis Regni Gallie. Quoties vero Inhibitionem Principis denotant, ne quid alter faciet aut prosequatur, ad jurisdictionem vel partium jura conservanda emissam & publicatam, (vid. Myl. ab Ehrenb. de Stat. & Prince. Imp. p. 2. c. 40. §. 6.) tunc epistalmatis naturam quodammodo inferunt, cum Epistalma & iussum & prohibitionem continere possit; quia tamen inhibitiones istæ tendunt ad jura partium conservanda, 48 epistalmata autem magis negotia Principis respicient, & proprio motu ita edantur differentiam in illis agnoscere debemus.

Succedit (VII) *Mandatum* quatenus contractum denotat, quod in 50 plurimis epistalma refert. Est enim Epistalma exequens respectu aliorum, quo cum Principi intercedit negotium, quasi *mandatarius* ipsius Principis, unde & *Procurator Caesaris* dicitur, (cum negotia ejus secundum iussum gerat) & legati vocantur *Mandatarii* dimissi ab eo, qui protestatem habet, ad publicum negotium solenniter conficiendum. Kirchn. de Legat. lib. 1. c. 1. n. 6. Imo sicuti mandatarius fines mandati diligenter observare debet, ita idem officium Ministro Epistalma exequenti incumbit, & in genere officium boni & providi procuratoris ante oculos habere debet; ut ita quod mandatum est in negotiis privatorum, id epistalma in negotiis Principum videatur esse. Verum in eo latitat differentia, quod mandatum suscipere sit 51 voluntatis non necessitatis 1. 17. §. 3 ff. commod. cum contra Epistalma suscipiendi & exequendi necessitas incumbat officiali. Sunt ergo Epistalmata magis præcepta Imperantium, mandata vero officio amicorum petitiones. Illa ex obligatione parendi imperantibus debita fluunt: Hæc originem ex officio & amicitia trahunt. L. 1. §. 4 ff. mand. Illa gratuitæ in plurimis casibus esse nequeunt, cum ab officialibus exequuntur, imo in legatis suscipere Epistalmata ad munus publicum pertinet: vid. Schröteri diss. de Ambassadore Seet. 2. §. 2. Hæc gratuitæ esse debent l. cit. §. 4. imo privata tantum sunt. Et denique amplius obiectum habent, quam nuda mandata.

Denique (VIII) superest *Mandatum Principis*, de quo t. r. C. de Mand. princ. & speciale tractatum edidit Carol. Eman. Vizzanius. Equidem si hujus naturam excutiamus, vix aliqua differentia inter hoc & Epistalma fingi potest; nam & *Mandatum* definitur, quod sic præceptum, 54

B 2

quod



quod Princeps pro tempore & re nata ad certas personas, veluti Magistratus Praetores aut judices an die Amtleuthe Vbgte Burgermeister und Bericht/motu proprio (quo ipso a Rescriptis secernitur) dirigit, eisque aliquid fieri mandat. Myl. ab Ehrenb. de Princ. & Stat. Imp. c. 40 §. 4. Dion. Gothof. ad Rubr. de Mand. Princ. lit. p. unde epistalmata etiam mandata simpliciter saepius dicuntur, vide B. Dn. Pufend. de Jure N. & G. L. 8. C. 1. §. 6. veluti cum Edicta summi Imperatoris Minister intimæ admissionis subscrabit: *Ad mandatum S. Cesareæ Majestatis progrimum. Putarem tamen adhuc aliquam inveniri posse differentiam Videl. Epistalmata die Fürst.*

Ordre magis respiciunt negotia iussus Principis, tam privata in aula, quam publica cum aliis Principibus peragenda. Mandata autem talia magis diriguntur ad Praefides & judices de officio & potestate eorum, arg. l. 2. C. de Mand. Princ. qualia mandata plurima occurunt in C. v. c. de offic. Praef. Urb. Quæstoris Magistri officiorum, Comitis sacrar. Largit. Comitis Sacri Palat. &c. & iustitiae administrationem respiciunt, unde sunt mandata de solvendo, fine clausula, avocatoria, inhibitoria, demolitoria, compulsorialia, poenalia &c. de quibus singulis ex professo agit Friderus Minda-nus in Proc. lib. 2. Hinc semper manifesta & specialia esse solent, cum epistalmata plurima arcana & generalia dentur Illa partem turis faciunt, & hinc plurima Corpori juris inserta esse constat, adeoque ex supra legistratoria potestate emanant cum epistalmata magis ex iure potestatis descendant. Quocirca Epistalma etiam Augusta dare potest, non item Mandatum ob deficientem potestatem legislatoriam.

Divisiones Epistalmatum potiores sunt sequentes. I) Alia sunt generalia alia specialia. Illa sunt, qua totum negotium dexteritati ministri Principis ita committitur, ut nihil certi ipsi prescribatur, sed ut agere possit in hoc negotio pro utilitate sui Principis, de quibus plurima dicentur C. 3. de legatorum officio. Haec vero sunt, quæ naturam certam circumscribam & limitatam habent in negotio peragendo, nec simpliciter ex dexteritate & arbitrio ministri dependent. Hinc diversa oriuntur officia. Nam illorum, qui sc. generale Epistalma habent, officium magis liberum est, sic uti arbitrorum in b. f. judicis: Horum vero, qui speciali instructi sunt, magis restrictum est ad ipsam formulam, quam exceedere nequeunt, seu nec judices pedanei in stricti juris judicis a formula recedere poterant. Effectum horum Epistalmatum diversum cap. IV. exhibebimus, quæ hujus

## EPISTALMATIS.

13

jus distinctionis utilitatem uberioris ostendet. II.) Sunt vel *secreta* vel  
*manifesta*. *Hec* in negotio peragendo *publice* ostendi & exhiberi pos- 64  
sunt. Illa vero neutquam, sed sunt instar normae ipsi ministro, veluti le-  
gato, data, ut limites suæ potestatis & officii inde cognoscere possit, & sic 65  
ipsam legati personam respiciunt, unde & German. vocantur *Geheime*  
*Ordre* / *privat instruction*, & a quovis ministro sancte recordenda, cœu  
notat *Wicquefort* in *tract.* quem *vocat*. *Ambassadeur* L. i. partit. 14. Esist 66  
*die* gegebene *Instruction* für ein so heimliches und gleichsam heiliges  
*anvertrautes* *Guh* zu achten, daß solche von dem *Ambassadeur* an  
*dem hoffe* wo er zu *negotii*ren, nicht leichtlich in einem Fall produciret  
und zum vorschein solle gebracht werden / es wäre denn, daß es seines  
*Durchl.* committenten ausdrückl. *Ordre* und *Befehl* wäre / oder  
sonsten die unumgängliche *Nothwendigkeit* solches erheischen  
möchte / adeo ut qui velit Legatum cogere, ad producendum arcanum  
*Epistalma*, violati juris Gentium datur reus a *cit.* Aut. *ibid.* imo impium,  
hostile, & execrandum vocetur. Sæpe enim contingit, ut contraria ha-  
beat mandata legatus, quædam quæ promat, quædam quæ recordat in  
pectore. *Schroeter* *diff.* de *Ambass* *sect.* 9. §. 1. quo casu sciendum, mani- 67  
festo Epistalmate se Principem obstringete tertio orcano obstringere In-  
ternuscium, ne ab iis discedat. B. Dn. Pufend. L. 3. C. 9. §. 2. *Grot.* de *Jur.*  
B. ac P. L. 2 n. §. 12. *Potest* III.) subjungi illa, quod scil. alia sint  
*Plena*, alia *minu: plena*. *Plena* sunt, quæ plenam & omnimodam potesta 68  
tem officialibus tribuunt, & hactenus differunt a generalibus, sicuti  
inter privatos mandatum *generale* & *cum libera* differunt. Revera  
enim plenum Epistalma liberam continet potestatem ; & hinc legati  
cum tali potestate missi dicuntur *Pleni potentiarii*, quibus scil. cet nul- 69  
la præscripta formula, ita ut pro sua potentia & ratione temporis ex  
libera agendi potestate, illud exercere possint, quod dominus rati-  
habitus est. *Schroeter* *disp.* de *Ambass* *sect.* 3. n. 10. *Minus plena* sunt, quo- 70  
rum termini ita restricti sunt, ut totius negotii a ministro gesti validitas  
dependeat a ratihabitione Principis. Prioris exemplum f. mosum occurrit  
in A. B. ubi Electores nunciis suis ad eligendum Regem Romanum mis- 71  
sis mandatum seu procuratorum, ut dicitur in C. 1. §. 20. plenum dare de-  
bent, seu *cum plena* & *omnimoda* *potestate* mit aller vollkommenen  
*Gewalt* cap. *cit.* §. 19. cuius formula solennis traditur cap. 19. ubi tales  
*formulae*

- formulæ adhibentur, ex quibus mandatum plenum revera appetere veluti; quod illa etiam debent agere, quæ alias mandatum speciale exigant, & valde singularia sunt, & que ipsi Princeps possent facere, si hujusmodi tractarum, deliberationis, nominationis & electionis future negotiis presentes & personaliter adessent, hinc plenum mandatum non videtur esse, quod ad certam personam est adstrictum, quanquam id velit Dn. Schweider. in J. publ. pars. spec. secl. 1. c. 2. §. 4. & Dn. Pfeffinger in Vürriario illustratio lib. 1. tit. 7. §. 7. lit. a. Hoc vero casu, ubi plenam potestatem minister habet, consultum est, ut ea potestate non abutatur, sed de singulis casibus emergentibus fideliter suo Principi renunciet & ab eo se instruipet. Schroet. cit. l. De posteriori quædam dicentur cap. IV. eo scil. casu wenn der Fürst in der gegebenen Ordre sich die Ratification vorbehält, vel quando epistalmati manifesto insertum wie weit die Ordre gehen solle.

## CAPUT II.

DE

OFFICIO EORUM, A QUIBUS  
EPISTALMATA EMANANT.  
SUMMARIA.

- F**undamentum Epistalmatis. 1. Officium epistalma dantis ex Imperio metiendum. 10.  
Cui competit ius dandi Epistal-  
mata? 2.  
Diversum fundamentum Legum &  
Epistalmatum. 3.  
Ex Imperio determinatur epistal-  
ma. 4.  
An Imperator dare Epistalma possit. 5.  
An Augusta? 6.  
Quat. Augusta Tuterix possit dare e-  
pistalma. 7.  
Quatenus filii Principes & Apanagi-  
atti 8.  
De epistalmate dependente. 9.
- Generale requisitum observandum. 11.  
Quenam mandata ambirosa? 12.  
Principis arbitrium in jubendo abso-  
lutum. 13. 14. 15.  
Distinctio veterum inter absolutam  
& ordinatam potestatem 16.  
Quinam eius inventores. 17.  
Quidnam plenitudo potestatis vete-  
ribus denotet. 18.  
Potestas est officii Principis norma. 19.  
Potestas involvit facultam justam. 20.  
Applicatio. 21. 22.

Distin-

A QVIBUS EPISTALMATA EMANANT.

15

- Distinctionis supra traditæ usus fere Statibus conscribendi milites ius compellit etiam injussu Imperatoris nullus.* 28. 24.  
*An distinctio illa necessaria ad explicandum ius Regium.* 25.  
*Rejicitur differentia utriusque traxita a Petro Ant. de Petr.* 26.  
*Quat. Princeps sit Legibus solutus.* 27.  
*Quid revera plenitudo?* 28.  
*Quid ordinata potestas.* 29.  
*Ambitiosa sunt epistalmata, que sunt contra ius N.* 30. 31.  
*It. quæ ius tertio questum collunt.* 32.  
*Ex iusta causa Princeps potest tollere ius questum.* 33.  
 1) *Ratione dominii eminentis.* 34. 35.  
 2) *Ratione pœnae.* 36.  
 3) *Suffragante lege.* 37.  
*Generalis Regula.* 38.  
*Ambitiosa sunt que officio boni Principis adversa.* 39. 40. 41.  
*Epiſtalmata contrajus divinum sunt ambitiosa.* 43. 52.  
*Exempla.* 44. 53.  
*Explicatio axiomatis: cuius est Regio, eius est religio.* 45.  
*Quod namius Principi circa Adiaphora & alia sacra competit.* 46. 47.  
*Epiſtalma Principis circa Clericos calumniantes.* 48.  
*Comandantur conſtitutiones Job.*  
*Sigismundi & Friderici Wilhelmi.* 49. 50.  
*Prohibitum disputare de Ubiquitate Christi.* 51.  
*Epiſtalma contra LL. fundamentales quat. ambitiosum.* 52. 53.  
*Exempla.* 54. 55. 56. 57.

**C**um hic agatur de officio eorum, a quibus epistalmata emanant, apparet, ante omnia inquirendum esse, quibus jus Epistalmata dandi competit, ut hoc cognito eo rectius officium eorum excutere & sistere possumus. Hoc autem deducendum est ex definitione Epistalmatis. Epistalma enim est præceptum seu ius iusto Imperantis. Fundamentum ergo hujus rei peto ex I. liber homo. 37. pr. ad L. Aquil. & brevibus totam rem ita absolvo: Illi jus Epistalmata dandi competit, qui ius Imperandi & iubendi eminens haber. Inde etiam dicitur Gürstliche Ordre. Ex quo patet, fundamentum Legum esse angustius, quam Epistalmatum: Leges enim tantum profluunt ex facultate Legislatoria: Epistalmata autem non tantum ex hac, sed etiam generaliter ex præcipienda iure, licet fortean præcipiens leges ferendi potestate destituatur. Quousque ergo se extendit imperium, & limites imperandi, id quod iura subministrant, eousque etiam jus

am jus epistalmata dandi progreditur. Plenissimum enim arbitrium ju-  
 bendi summae Majestati absoluti competit: Restrictum vero, cui impe-  
 rium & inde profluens jus præcipiendi restrictum concessum est, saltim  
 iis in causis, quas restrictio tangit. Imperator ergo supremus quin pro  
 sua Majestate epistalmata libera edere possit dubium non est. Sed Major  
 ratio dubitandi de *Augusta* superest, quod hæc non sit soluta Legibus,  
 l. 31 ff. de *LL.* nec dignitatem proprio jure sed a mariti dependentem  
 consequatur, arg. l. 56. & l. 57. de *Legat.* 2. & ita omne eius preceptum  
 dependens sit; Cum tamen Principes eadem illi privilegia tribuant, quæ  
 ipsi habent c. l. 31. l. *fiscus* 6. §. 1. ff. de *jure fisci.* & ita simul imperium quod-  
 dam, licet subordinatum ei competat Epistalmata etiam dare potest,  
 quod jus etiam de ea prædicatur, ceu appareat ex l. *bene a Zenone* 3. C. de  
 quadr. prescr. ubi idem jus tribuit Imperator *Augustæ*, quod ipse habet,  
 adeo ut quæ de Epistmate ibi habentur, commode ad eam quoque ex-  
 tendi posse arbitretur, dummodo tamen Epistalmata ejus se contineant in-  
 tra potestatis ipsi concessæ terminos. *Augusta* tamen, quatenus turrix si-  
 liorum suorum est, plus potestatis & juris habet, cum omnia ea expedire  
 valeat, quæ ad ipsa jura Majestatica & territorialia pertinent, unde & ad  
 exterios Principes pro salute sui pupilli & provinciarum ipsius legatos  
 mittere potest, concurrit ad negotia belli, & pacis, habet jus condendi  
 leges provinciales &c. Vid. hac de re pluribus Dn. Præf *Disput. de Tutel.*  
 mat. *Princ. Imp.* c. 4. §. 5. 6. & 7. hinc ei liberum jus epistalmata dandi tri-  
 buendum erit in omnibus illis negotiis, quæ ipse Princeps maritus si vive-  
 ret, per epistalmata expedire posset. Cæterum Principes sibi adhuc sub  
 patria potestate constituti, item *Apanagiati* cum parum Imperii habent,  
 parum etiam dicendum erit de eorum Epistmate. Facit tamen nativitatis  
 præminentia, ut jussus eorum zur Fürstl. Ordre referri debeant,  
 licet non eandem inferant necessitatem, quam Epistalmata ipsius Prin-  
 cipis regentis. De aliis mandatis & jussibus veluti, die Ordre und com-  
 mando der Officierer hic non sumus solliciti, cum horum Imperium &  
 inde profluens jus præcipiendi sit mere dependens a jure & placito ejus,  
 der aus Landes Fürstl. Macht und Hoheit die Ordre geben kan / &  
 tunc ipse Princeps censetur Epistalma dedisse, quoties hoc per Præfectos  
 belli ex potestate eis delata expedit c. 68. de R. J. in 6. l. 5. C. d. Accus.  
 10 Sicuti vero, ceu dictum, jus epistalma dandis se refert ad jus im-  
 perandi,

# A' QVIBUS EPISTALMATA EMANANT.

perandi, hinc officium ejus facillime determinari potest, si modo limites ejus potestatis accurate observentur. Hinc totum officium Principis huic unico generali includi potest requisito: **Epiſtalmata non debent esse ambitiosa.** Dicuntur autem *mandata ambitiosa*, per quæ ulterius progrediuntur, der die Ordre gegeben / quam fines potestatis ejus admittunt, arg. l. ambitiosa Decreta q. ff. de Decret. ab ordin. fac. l. ordinis ambitiosa 2. C. de decret. decur. l. Preses provincie. 12. C. d. transact. c. quamvis. 4. ff. de prab. in 6. Videndum ergo, quænam sint, & quomodo fiant ambitiosa. Evidet quod Principi placet, Legis habere vigorem dicitur, S. 6. J. de J. N. G. & C. quod licet legislationis respectu ibi dicatur, tamen etiam ad præsentem materiam commode applicari potest. Joh. Petr. Fontanella decis. 455. n. 1. Videntur vero hæc verba latissimum Principis arbitrium & potestatem in jubendo absolutam designare, ita ut omnia Principis voluntate licita esse & probabilia videantur, juxta decantatum illud: *sic volo, sic jubeo, sicut pro ratione voluntas*, vel Julie testimonium, libidinis ergo Caracallam privignum suum argumentum: *si libet, licet.* Et huic absolutæ Principi potestati valde favere videntur iura Regia i. Reg. VIII. ii. seqq. descripta, quo loco jus Regium verum contineri contendit aliquot rationibus Dn. Phil. Reinh. Vittiar. Instit. J. N. & G. c. IV. §. 3. Imo solet hic provocari ad l. à Zürig. de L. Rhod. de jaſt. quod Princeps sit Dominus omnium, ita quidem ut criminis, Hæreses se suspectum aut reum reddat secundum Bartol. in l. hostes. ff. de captiv. & postlim. revers. qui illud negare ausus fuerit. Imo sicut Deus potest omnia; sic & Princeps pariter in terris dicitur quibusdam omnia posse, ita ut factum ejus reputetur factum Dei. Petr. Ant. de Petra de Jure quæſ. per Princ. non toll. 6. 24. n. 10. seqq.

Sed ut recte intelligamus veterum in hac materia de potestate Principis flosculos hosce & similes, sciendum est, decantatam apud eos ubivis fere occurrere distinctionem inter Principis potestatem absolutam seu ejus plenitudinem, & ordinatam, ex qua semel posita, sed saepius pessime applicata distinctione infinitæ profluxere conclusiones, quando quæſio fuit: An Princeps vel Papa hoc vel illud possit facere? statim enim parata fuit responsio, posse hoc vel illud Principem, licet non de ordinata, tamen de plenitudine potestatis, quæ distinctione proinde in multis causis ad instar regumenti iniustitiae Principum a Jctis adulatoribus adhibita & applicata fuit.

17 fuit. Sane Itali Jcti hujus distinctionis autores fuisse videntur, qui im-  
primis ad omnipotestatem Papæ sui extollendam talia excogitarunt & po-  
stea quoque eandem ad Imperantes alios applicarunt. *Plenitudo enim h.e.*  
18 *poteſtatis in Principe tantam præſupponit facultatem, vi cuius etiam ille*  
*poſſit abſque cauila & ratione prægnante quid facere, quod alias ad Re-*  
*gulas æqui & boni haud quadret.* Hoc enim casu, ait Bald. in c. cum super.  
col. 1. de caus. poss. & prop. nemo potest dicere, cur ita facis? quia tunc est  
supra jus, contra jus, & extra jus, & est omnia. Hinc porro plura poſſe  
Principem facere de plenitudine potestatis ajunt, quæ non de jure facere  
poſſit, poſſe mutare quadrata rotundis &c.

Revocanda proinde hæc distinſio ad suos limites, ne in hac mate-  
ria etiam quid Principi tribuamus, quod officio ejus maxime adverſum  
est. Præſupponimus vero ante omnia hic duo. (1) *Officium Principis se-*  
19 *cundum ejus potestatē esse determinandum, & hanc illi loco normæ*  
*esse, hinc officium omne injuſtum, quod ejus potestatē egreditur* (2)  
20 *potestatē omnem Principis esse jus seu facultatem, quæ præſupponit,*  
qualitatem personæ moralem competentem ad iuste h.e. legirime & cum  
effetu morali aliiquid habendum vel agendum. Grot. L. 1. c. 1. §. 4. Pufend.  
de I. N. & G. L. 1. c. 1 §. 19. Excell. Dn. Thom. Iurispr. div. L. 1. c. 1. §. 82.  
21 conf. Bald. in Conf. 526. n. 2. inf seq in 1 part. ubi ait: *poteſtas est aliiquid*  
*legitime poſſe.* Et sic etiam plenitudini potestatis eadem facultatis defini-  
tio inesse debet, & consequenter omnis absolute potestas præſupponit  
*cauam iuste, vi cuius iuste & legitime hoc vel illud facere poſſit, a-*  
deoque falso ſum est, quod hic pro ratione ſtare debeat voluntas.

Secundum hæc præſupposita ergo etiam hæc plenitudo adhuc sub-  
iecta est Legibus Nature & divinis, & hisce evidenter repugnans nihil præ-  
cipere potest Princeps, ne quidem ex plenitudine potestatis, licet ex causa  
neceſſitatis aliquando quid permittere poſſit, quod alioquin non eſt li-  
citum. Et ſi non aliter dici potest, quod Principi placet, legis habere  
vigorem niſi placeat tanquam viro bono, & regulis iuſtitiae consentaneum  
ſit. Christoph. Crespus de Valdaura obſer. 60. n. 68. Quando ergo absolute  
23 Principis potestas legibus naturæ & divinis non eſt exēpta, & ſe ad ini-  
quitatē non extendit, & ſic eadem ordinata videtur, hinc non video,  
diſſerentiam inter hæc duo, ſaltim non illam, quam veteres ubiſi cre-  
pant. Et eatenus admitti potest iuſtentia Fern. Vasqu. contr. Ill. p. 1. lib.

1.6.5.

## A QVIBUS EPISTALMATA EMANANT

19

*t.r. 5. n. 5. circa fin.* contendentis, in Principe legitimo non posse dari plenitatem, quæ quicquam a potestate ordinaria differat. Unde & ineptum segmentum eadem dicitur Excell. Dn. Coccejo *Jur. publ. prud. c. 20. §. 39.* Est enim magis *abusus* quam usus legitimæ potestatis, cum Tyrannidem quandam sapere videatur confer. Molin. *de J. & J. tr. 2. d. 2. disp. 174.* Ill. Dn. de Rhetz. *diff. de absol. Princ. pot. c. 3. §. 2. in f.* Nec ulla ratio sua-  
det, eam ad interpretandum *jus Regium* supra alleg. loc. in subsidium vo-  
care, cum absque tali ad Tyrannidem vergente distinctione commode  
explicari posset. vid. Grot. *de I. B. ac P. L. 1. c. 4. §. 3.* Vana quoque est no-  
ta charakteristica utriusque potestatis, quam suppeditat Petr. Anton. de  
Perra *c. 3. qu. 3. n. 2.* quod scil. secundum *ordinariam* potestatem Legibus  
positivis suppositus sit Princeps, *I. vox digna. 5. C. de LL.* secundum *abso-*  
*lutiam* vero Legibus solitus sit. *I. Princeps. 31. ff. de LL.* Nam Princeps, qua-  
tenus Princeps, nullis a se lati legibus de ordine rei suppositus est, cum ni-  
hil agat in seipsum, & sic nullum super sit obligandi principium. conf. B.  
Dn. Strnv. *Ex. 2. th. 8.* Imo male differentia petitur a re, quæ magis ad po-  
liticam doctrinam, quam Jurisprudentiam spectat. De jure enim verum  
est, Principem esse solutum legibus a se lati, cæteris paribus, & sic etiam  
potestas, quæ ex jure definienda, ordinata hic sese exserit. Aliud vero est,  
anon magis conduceat & proficuum sit Reip., si Princeps vivat etiam suis  
legibus, cum Regis ad exemplum totus componatur orbis, & sic Leges a  
Principe latæ magis ipso Principis exemplo in observantiam deducantur,  
& ita bonus princeps *spontanea voluntate* non ex necessitate juris legibus  
submittit Principatum sec. d. l. 5.

Cæterum, ut brevibus me expediam, potest illa dici plenitudo po-  
testatis, quam princeps exercet in *casu necessitatis* ad salutem totius Reip.  
vid. Christoph. Cresp. de Valdaura *Observe. 114. n. 54. & Observat. 1. n. 53 seq.*  
Et tamen hic supponitur eo ipso *causa iusta*, quæ facit, ut epistalmata  
*ex ea provenientia* non possint dici ambitiosa. Nam tunc optime appli-  
catur generalis summorum Imperantium lex; *salus populi suprema lex esto.*  
conf. Pufend. *L. 7. c. 9. §. 3.* Inde quoque Dominium eminens est. Et hoc  
respectu ordinata potestas potest dici, quæ Princeps agit secundum pote-  
statem suam ordinario modo extra suppositum casum necessitatis. Ex his-  
ce presuppositis patet, *ambitiosa* esse illa epistalmata, quæ contra jus Di-  
vinum & naturales sunt, veluti si quis jubeatur, parentes aut liberos suos in-  
nocentes

C 2

- nocentes jugulare, cum matre aut filia concubere. Pufend. L. 8. c. 1. §. 6.  
aliudve in contumeliam Dei committere &c. Et in genere eandem hic  
31 puto rationem observandam esse, quæ in Legibus condendis observatur,  
nam & ha jussum continent. Quacunque ergo ratione lex a Principe lata  
violans jus Naturæ est injusta, eadem ratione etiam Epistalma speciale in-  
justum & ambitiosum redditur, & sic Princeps officio suo non recte fun-  
gitur: veluti quæ ius tertio quæstitum tollunt, neque enim hoc mortis im-  
peratori esse dicitur in 1. nec avus. 4. C. de Emanc. lib. Frustra quoque talia  
jussa veriuntur Clausula: *de plenitudine potestatis*, quæ, ut demonstratum,  
ad iniqua se non extendit, unde & veteribus potius *plenitudo tempestatis*  
& *diabolica* dicuntur. Petr. Ant. de Petr. cit. tr. c. 24. n. 36. Tale epistalma erat  
Ahbitum illud 111. Reg. XXI. 2. seqq. quem Deus proinde severissime  
condenat. Inde in quolibet epistalmate Principis censetur semper ap-  
posita clausula: *sine praesudicio juris tertio quæsti*. Petr. Franc. de Tondre.  
de prevent. Judic. p. 2. c. 36. n. 18. Hector. Capycii Latri decis. noviss. dec.  
33 170. n. 49. & Dec. 154. n. 67. Sicuti vero, ex iusta causa tollere jus tertio  
quæstitum potest, Ferdinand. Arias de Mela Var. Resol. 1. 2. c. 49. n. 17. ita  
ea ratione epistalnata non erunt ambitiosa, cum quoties concurrit vul-  
gare dominium cum eminenti, huic semper cedere debeat. Dn. Thomas.  
Jurispr. div. L. 1. c. 1. §. 127. id quod fere duobus contingere potest modis  
secundum Grot. d. J. B. ac P. L. 2. c. 14. §. 7. (1) ex Dominio eminente, ra-  
dicato in ipsa Principis Majestate. Hinc jubere potest vi hujus juris, ut  
redes & suburbia tempore belli ingruentis diruantur, ne ea adjumento hos-  
tis esse possint, ut agri subditorum in extenuendis propugnaculis, vel dilata-  
tandis fossis ob publicam necessitatem destruantur, & occupentur, arbores  
dejiciantur materia, quam suis usibus privati disponuerunt, adhibeatur  
muniendo oppido; imo, si metus subsit, ne forsitan hostis castrum alicuius  
nobilis occupet, & inde gravissimum toti provinciæ damnum inferat,  
& Princeps commodè illud munire aut militem præsidiarium ibi habere  
non posse, ut eatenus destruantur, quatenus hosti inservire potest; vid Myl.  
ab Ehrenb. de Princip. & Stat. Imp. c. 77. §. 3. seqq. ita tamen, ut damnum ex  
publico refundatur, non ex redditibus ipsius Principis, cum non in huius  
solus sed totius Reip. salutem vergat. vid. Ill. Dn. de Rhetz. de jur. publ.  
L. 2. tit. 2. §. 2. Sic etiam subditis per præceptum Principale injungi po-  
test, ut pecuniam mutuo dent publicæ utilitatis gratia. Petr. Ant. de Perr.

# A QVIBUS EPISTALMATA EMANANT

21

c. 15. n. 70. confer. Nonius Acosta de privil. creditor. in prefat. ad Reg. 11.

n. 22. Eodem modo Principi jus in ipsam vitam subditorum suorum competit tempore necessitatis veluti belli. Nam tunc ex jussu Imperantis legitimi alicui injungi potest obligatio; ut se probabili vita periculo expopnat, veluti wan die Soldaten zum Sturm commendiret werden & quidem sub tali obligatione, ut periculum tale declinare non posset, nisi gravissimas subire poenas velit. vid. Pufend. de J. N. & G. L. 2. c. 4. §. 18. Et sic ex jussu Ducis talem tueri stationem deberet, in quo probabiliter videt, sibi pereundum esse. Id. L. 8. c. 2. §. 4. Nam horum iussorum non est ea intentio, aut saltim esse non debet, ut directo miles morti tradatur. Tunc enim epistalma omnino siceret ambitiosum, quale erat Davidis II. Sam IX. 15. qui proinde homieida a Nathane Propheta appellatur; sed ut solummodo civitas defendatur & a totali provincia magnum avertatur periculum, licet inde ex calamitate belli miles occubuerit. Puf. c. I.

Altera causa est pena. Hinc juste jubet in poenam delinquentis bona alicui auferri & fisco addici, it, ne res restituatur, quae apud tertium deposita est, veluti a reo capitalis judicii, cuius bona publicata sunt. Nam licet, si jus Gentium & N. simpliciter intueamur, ei qui dedit, restituenda sit res deposita: si tamen jus Civ. & Legum ordinem; magis in publicum ad jussum Principis deferenda sunt; *hac enim est justitia, que suum cuique ita tribute, ut non distractabatur ab ullius persone justiore repetitione.* L. bona 37 fides 31. ff. depos. Hisce duobus casibus addo tertium, nim. posse Principem non quidem contra Legem & æquitatem, bene tamen juxta legem seu *lege suffragante* quid præcipere, licet in præjudicium tertii hoc verget: vid. Zaf. Vol. 2. conf. 10. n. 7. quo pertinet, quod si procuratot ex Epistalmate Imperatoris vel Principis rem fiscalem, *qua aliena est, alienaverit, alienatio illa subsistat, & emtor inquietari nequeat, sed qui de suo præjudicio queritur, intra quadriennium ex iustione Principis contra fiscalem actionem movere potest.* L. bene a Zenone. 3. C. de quadr. præfir. Nam im jubendo: ut res, *qua aliena est, alienetur, non peccat Princeps, cum non sit vendita, ut aliena, sed ut propria ipsius Principis.* Manifestius id adhuc illustrari potest ex L. veteris Roman. f. 5. 2. C. de jure domin. impetr.

Ne vero ulterius diffundam in reliqua juris Nat. præcepta, & epistalmata juxta ea examinem, sufficiet dixisse, ea esse ambitiosa, quæ contra pietatem, existimationem & verecundiam & generaliter contra bonos

C 3

mores



## CAP. II. DE OFFICIO EORUM

- 39 mores sunt *l. 15. ff. de condit. insit.* Imprimis vero ea, quæ *officio boni Principis* maxime adversa, Reip. pestis ingens, subditis onus durum, & vicinis Principibus ansam præbent inhiandi ejus provinciæ, & illam ex veteri statu deturandi. Cum enim salutem Reip. tueri nulli magis credatur convenire nec alius sufficere ei rei, quam Cæsar. *l. 3. §. 3. cum l. seq. de officio Prof. Vigil.* hinc ubique de salute suorum subditorum vigilare & sollicitus esse debet, & eo etiam epistalmata dirigere. Referendum huic merito esset, wenn der Fürste Ordre giebt/die Völcker nach geendigten Kriege abzudancen. Quam enim perniciosum sèpius integris Regnis provinciis & Rebuspubl. fuerit, exempla heu! infinita ruinis deplorandis docent. Nam juxta proverbium: *in pace de bello cogitandum.* Facile enim eæ civitates ab exteris vincuntur, quæ prorsus arma deseruerunt, seque totas otio pacis certitudine freri, manciparunt, abjecto omni rei bellicæ exercitio rerumque militarium studio. Myl. ab Ehrenb. *de Stat. & Princ. Imp. p. 2. c. 74. §. 1.* Expedit ergo militem semper in promptu habere, unde etiam tot consiliis agitata de perpetuo milite in Imperio alendo, quod quomodo levioribus sumtibus expediri posit, tractatu germanico plena calculatiōne instituta exposuit ante biennium Dn. Almers. Et hæc ratio sibi ca-  
vendi in conscribendo & alendo milite competit Principibus & statibus Imperii per I. P. art. 8. §. Gaudeant, licet minorem potestatem leges militares prioris seculi eis reliquerint, ceu patet ex R. I. de An. 1560. tit. Verzeig-  
nis etlicher Puncten §. 1. ibi. ohne Vorwissen/Bewilligung und Erlaub-  
nis desselben Kreis Obristen &c. Unde nec ad nos applicari potest Prin-  
cipes Imperii *l. lex. 3. ff. ad L. Jul. Maj.* quod scil. ille teneatur ex L. Julia  
Majestatis, qui *injussu Principis*, Wenn er von Kaiser keine Ordre hat/  
delectum habuerit: Nam hæc lex ad statum Imperii Monarchicum perti-  
net, ubi jus belli erat penes solum Imperatorem, quod tamen etiam sta-  
tibus communicatum est vid. I. P. art. cir. 8. Unde etiam sicut illis jus  
belligandi competit, ita etiam illis facultas die Ordre in Kriegen zu ge-  
ben non est deneganda.
- 40 41 42 43 Quod in specie *jus divinum* attinet, cum hic major ratio dubitandi suboriri soleat, non adeo ob in evidentiam rei, sed ob contractionem am-  
bitiosam, operæ pretium erit, ostendere, quatenus epistalmata ratione hujus juris ambitiosa dici possint. Ubiante omnia prænoto, *jus Divinum* hic non stricte accipi pro jure Divino moralis universali, sed juris Diuini nomine

## A QVIBUS EPISTALMATA EMANANT

23

nominis  
statis  
onore  
officio  
dilectionis  
rito  
ege  
cuis  
t.  
ci-  
o-  
tio  
z.  
am  
do  
ati-  
ca-  
us  
li-  
g-  
b-  
n-  
ia  
t/  
ci-  
a-  
us  
es  
di-  
n-  
e-  
m-  
i-  
e-  
n-  
i-  
e-  
n-  
i-

nomine hic venire, quæ Christianæ religioni sunt essentialia h. e. quæ in quovis vere Christiano ex V & N. Testamento exiguntur, adeoque perpetuæ sunt veritatis. Sicuti vero in hac Principi nullum jus nulla potestas competit, ita omnia Epistalmata contraria sunt ambitiosa & peccaminosa, id quod ipsum etiam de Romano Præsule prædicant J.Cri Romanae Ecclesiæ add. cit. ceu patet ex Petr. Ant. de Petra *cit. tratt. c. 24. n. 44.* ubi in tali casu Papæ plane denegat obedientiam. Huc ergo refero casus hodie maxime frequentes, si jussus immediate tangat subditorum conscientias. Sicuti enim imperium in eas nullum habet, ita etiam frustra & injuste eosdem cogit ad hanc vel illam religionem capescendam. Quocirca nemo affinis religionem sui Principis se hoc purgare potest: er habe solches auff Ordre seines gnädigsten Herrn thun müssen. Equidem vulgo dici solet: *cujus est Regio, ejus etiam est Religio.* Sed, siquidem 45 hoc verum est, sano tamen sensu accipiendum, ne jus inquisitionis sacra quod in pontificis damnant nostri, Principi adscribamus. Certum enim est, quod illo axiomate Principi jus circa sacra tam ex natura sua competens, quam legibus publicis indulsum indigitetur. Videlicet (1) ut circa Adiaphora in Ecclesia libera ei determinatio relinquatur (2) ut ea, quæ 46 ad Jurisdictionem Ecclesiasticam cum omnibus speciebus pertinent, ab ejus dependeant voluntate, adeoque epistalmata, quæ de his causis emanant, minime pro ambitionis habenda sunt. Haec tenus ergo, ut emigrent 47 in religione dissentientes j. stc. juberi possunt. *J. P. art. V. §. quantum deinde. 30. præsertim, si turbationibus ansam præbeant J. B. art. c. V. §. placuit. 34. in f.* Et cum turbationibus maxime anima dari soleat per disputationes a 48 cerrimas publicumque adversarios pro suggesta calumniandi & damnandi studium sub prætextu Zeli alicujus divini, ex quo non possunt non exacerbari animi civium, & ad seditionem incitari, ceu exempla recentia & antiqua testimonium omni exceptione majus hac de re perhibent, inde recte Princeps sua Epistalmata eo dirigit, ut interdicatur Clericis æstuantibus hoc d. putandi genus, & Principi non denegetur jus decidendi controversias Theologicas vid. B Dn Brunnem. *de jur. Eccles. L. 1. c. 2. §. 14. seqq. Dn. Thoma von Recht der Evangelischen Fürsten in Theol. Streitsachen.*

Merito proinde immortalibus deputandis laudibus pietas Glo- 49  
riosissimæ memorie Principis Johannis Sigismundi Electoris Bran-  
denbur-



## CAP. II. DE OFFICIO EORUM

denburgici, qui inter tot revolutiones & turbas Anno 1614. jussit ut ministri Ecclesia verbum Dei populo annunciasent absque omnibus calumnias & abominationibus. Restauravit postea idem Mandatum Magnus  
 50 FRIDERICUS WILHELMUS gloriosissimæ memorie, Elector Brandenburgicus, & ita pacem Ecclesiae hisce mandatis stabilivit, cœu fusi expositum in Disp. Du. Thomas. de felicit. Brandenb. subdit. ob etiend. per Edict. Elect.  
 51 Stat. Eccl. & polit. §. 8. Sic notum, quod in terris Brunsvicensibus serenissimorum Ducum jussu factum sit, ut de ubiquitate Christi pro suggestu disputare amplius fas hand sit. Hæc & similia jussa Principum saluberrima sunt, ad bonum Ecclesiae maxime tendentia, adeoque a ministris Ecclesiae vere piis magni habenda & observanda. Sed si Princeps extra hos casus progredi ulterius & ministris verbi divini injungere quid vellet, quod ipsam fidem salvificam & interna Religionis tangeret, epistalma redderetur ambitionis, & ita omnino sperni deberet. Exemplum esto, si a Principe jussus sit aliquem ex coetu præmissa absolutione admittere ad S. Synaxin, de quo tamen certissime ei constaret, hunc non esse dignum absolutione tanquam in peccato continuo viventem, hic omnino certum est, Principis Epistalmati mandatum divinum esse præferendum, & omnia potius preferenda, quam ita profanare sanctum Domini. Unde ejusmodi minister, qui jussu Principis talem admisit, contra conscientiam & officium suum gravissime peccat, nec excusabit ipsum coram Tribunalis divino: Er habe Fürstl. Ordre gehabt / der er zu pariren verbunden gewesen. Merito proinde rejicimus Pontificis decisionem in e. quod quidam. s. X. de penit. & remiss. quod scil. minime a confessione removendus sit, qui asselerat, se abstineret non posse. Seria enim pœnitentia non est, ubi non est serium minimeque fucatum propositum peccatum fugiendi. Hinc verus fidelisque Ecclesiae minister, & qui est  $\alpha\varphi\lambda\alpha\gamma\mu\varphi\sigma$ , nullo epistalmate induci potest, ut talem ad S. Synaxin admittat.

54 Denique cum officium Principis non tantum ad Leges N. & divinas adstrictum sit, sed etiam potestas ejus quandoque legibus fundamentalibus & pactis circumscripta sit, ut de summo capite Imperii nostri constat aliquid momenti etiam in hac materia afferet, ne scil. Epistalmata dirigantur contra pacta & Leges fundamentales. Licet enim Princeps sub se habeat leges, non tamen pacta & conventiones sub se habet. Camill. de Curt. in divers. jur. feudal. in §. p. 14. Si ergo contra quid

## A QVIBUS EPISTALMATA EMANANT

25

quid fiat, evidenter Princeps potestatis suæ excedit terminos. Jam dudum enim est explosilla quotidiam sententia, posse scil. Imperatorem de plenitudine potestatis solum aliquid facere, quod alioquin esset contra Leges fundamentales. Unde sicuti neque Imperator solus Decreta & Leges Imperii sancire potest vi *J. P. art. 8. §. Gaudeant.* nequidem ex plenitudine potestatis, nisi decisioni Imperiali status Imperii causam committant, quo referenda verba ex supplicatione Statuum in Comitiis Ratisbonensibus Anno 1576. Imperatori exhibita, & a Dn. Schyvedero *Jur. publ. part. Spec. §. 1. c. 30. §. 17.* adducta, conf. Dn. Coccej. *jur. publ. prud. c. 20. §. 39.* & ab eo cit. Paurmeist. c. 2. n. 31. p. 347. ita nec solus Epistalmata de illis rebus, quaे totum concernunt Imperium, & ad quas etiam status concurrere debent, dare potest. Sic epistalmata dare nequit ratione execu-  
tionis sententiae in Camera vel Judicio Aulico contra Statum Imperii latæ, quia jus exequendi sententias Imperiales Directoribus circulorum publicis assertum est Legibus, vid. *Differ. de jure exequendi sentent. Imper.* Unde etiam, si nomine Imperii mittendi sint Legati, mandata expediuntur non a solo Imperatore, sed omnium Statuum consensu quoque ad hæc concurrere debet. Sie müssen ihre Ordre und instruction von ganz  
en Reiche haben; qua de re perspicuus est textus in *R. I. de Anno 1559. §. 2.* ibi: Und haben darauff Churfürsten Fürsten und Stände sich auf  
unser wo<sup>r</sup> gefallen einer Instruction unser und des Heil. Reichs Schi-  
fung und Gesanter verhalzung verglichen/ dieselbe uns zugestellet &c.  
Idem etiam in militia Imperiali, de qua tamdiu in Comitiis deliberatum  
fuit, observandum esse puto, ut scil. epistalmata ad hanc dirigantur ab  
Imperatore & Imperio.

## CAPVT III. DE OFFICIO EPISTALMATA EXEQVENTIUM SUMMARIA.

**G**eneralis ingressus ad caput generaliter. 3.  
præsens. 1.  
Officium quid? 2.  
Officium Epistalmata exquentium An etiam illegitimo Principi paren-  
dum. 6.

D

## CAP. III. DE OFFICIO

- dum 6.  
 Pufendorffii sententia. 7. 8.  
 Limitatio. 9.  
 Obligatio parendi ad jus imperandi  
reficit. 10.  
 Requis. 1. officium exequentis diri-  
gens. 11.  
 Eius exegesis 12.  
 An iniūtio epistalmati parendum. 13.  
 In dubio voluntas Principis ex regu-  
lis justitiae interpretande 14. 15. 16.  
 17. 18.  
 In dubio parendum Principi. 19.  
 In dubio pro Epistalmate est presump-  
tio. 20. 21.  
 Pufend. hac de re sententia 22.  
 Cautela pro Ministro intimo. 23. 24. 25.  
 An & quatenus acquiescendum Prin-  
cipit assertioni, prætententis se ba-  
bere justas causas talia præcipiendi.  
 26. 27.  
 Decisio. 28. 29. 30.  
 Parendum Principi, si ipsa executio  
non involvit peccatum. 31. 32.  
 Uniqui Epistalmatis executio differen-  
da 33.  
 Explicatio l. 20. C. d. pæn. 34. 35. 36.  
 37. 38.  
 Dura sententia Jul. Clari. 39.  
 Controversie status formatur. 40.  
 Rationes dubitandi 41. 42. 43. 44. 45.  
 Hobbesii sententia. 46.  
 Refutatur Hobbesius 47.  
 Rationes decidendi 48. 49. 55. 56.  
 Decisio Juris Canon. 50.
- Hug. Grorii. 51. 52.  
 Servi non in omnibus parere tenen-  
tur dominis 53. 54.  
 Rejicitur sententia dissentientium.  
 57.  
 An mors votius perferenda, quam  
ut quis exequatur injustum epistal-  
ma? 58.  
 Officium potius deponendum, quam  
exequendum injustum epistalma.  
 59. 60.  
 Mors eligenda pra executione iniqui  
epistalmatis. 61.  
 Omnia tamen prius tentanda. 62. 63.  
 Ratio 64. 79.  
 Cœca obedientia Russorum & Mosco-  
vitarum 65.  
 Sententia Pufend. distinguens. 66. 67.  
 It. Juris Canon. 68.  
 Reprehensio eius. 69.  
 Pufendorffio respondetur. 70. 71. 72. 73.  
 74.  
 Principi violenter non resistentum. 75.  
 Exemplum Christianorum militanti-  
um. 76.  
 Quatenus Praxis hic Theorie respon-  
deat. 77. 78.  
 In iniūtis epistalmatis clausula nil  
operantur. 80.  
 Epistalmata iniqua nequidem ex vi  
Homagii obligant. 81.  
 Quenam Epistalma iustitia? 82.  
 Quatenus Principum epistalma cir-  
ca sacra & adiophara obligent. 83.  
 84. 85. 86.

Exem-

EPISTALMATA EXEQUENTIUM.

27

- Exemplum Ambrosii. 87. 88.  
 Epistalmata, quae publica negotia respiciunt 89.  
 An Legati possint impune exequi, quicquid iis injunctum? 90.  
 Legati non debent esse timidi 91.  
 Ad questionem respondetur negative additis rationibus. 92. 93. 94. 95. 96. 97.  
 Notatur Grotius inviolabilitatem Legatorum nimium extendens 98.  
 Quatenus epistalmata contra LL. fundamentales Imperii sint obligatoria 99.  
 1) Ratione Imperatoris, a quo professa 100. 101.  
 2) Ratione Statuum 102.  
 Que ledunt pacem publ. non obligant 103.  
 Pax publ. etiam fringit subditos 104.  
 Quatenus milites hoc casu jussibus sui Principis non obligentur 105. 106. 107.  
 Contra milites proceditur ad Banum post literas avocatorias. 108. 109.  
 Non excusantur, sacramento aut juris ignorantia 110. 111.  
 An miles in bello injusto Principi ad obsequium teneatur 112.  
 Rejicitur Hobbesius 113.  
 Decisio 114.  
 Iustitia belli non semper apparet 115.  
 In dubio miles parere debet 116.  
 Notatur Grotius 117. 118. 119. 120.
- Exemplum Legionis Thebæe 121.  
 Quatenus vasalli in bello injusto teneantur sequi dominum 122.  
 Notatur durities ex. 11. F. 28. 123.  
 Decisio 124. 125.  
 Questio de Navarcho se obligante ad proprium interitum 127.  
 Ratio dubitandi 128.  
 Decidendi 129. 130.  
 Epistalmata contra LL. civiles quatenus obligent 131. 132.  
 Declaratur exemplis 133. 134.  
 Quid? si tertius inde ledatur? 135.  
 Decisio 136.  
 In bona fide est, qui solvit jussu Principis 137.  
 Excusat, qui jussu Principis deponit pecuniam alteri debitam 138.  
 It, qui arrestatam solvit 139.  
 It, si fiduciis solverit usuras indebitas 140.  
 An licet resistere ministris jussum injustum Principis exequi volentibus 141.  
 Decisio varia & anceps 142. 143. 144. 145.  
 An & quatenus minister injustum epistalma exequens puniri possit 146.  
 A quo? 147. 148.  
 Rationes dubitandi 149. 150.  
 Cessat pena ordinaria, sed non extraordinaria 151. 152.  
 An concipiens scriptum injuriosum jussu superioris injuriarum teneatur. 153.

D 2

Quo:

## CAP. III. DE OFFICIO

*Quomodo commode exequentem punire posse Princeps, contra quem executio facta.* 154.

*An Princeps teneatur ad resarcendum damnum, quod ministro propter executionem epistalmatis contigit.* 155.

*Deciso.* 156.

*Temperamentum Decisionis.* 157.

*An successor in regno possit inquisitione gravare ministrum ob in felicem eventum executionis epistalmatis a defuncto injuncti.* 158.

*Deciso.* 159.

*Limitatio.* 160.

*Secundum requisitum Principale a ministro in exequendo observandum.* 161.

*Fines mandati exacte observandi.* 162.

*Ministro contra epistalmata quid intentasti resisti potest.* 163.

*An aliquando licitum sit exceedere fines mandati, si hoc utile videatur committenti.* 164.

*Deciso ex Gellio cum rationibus dubitandi.* 165.

*Quid in bello?* 166.

*Declaratur exemplis.* 167.

*Applicatur deciso ad Legatos.* 168.

*Quid in hac decisione observandum?* 169.

*Quenam deciso in hac questione obtineat, si epistalma sit generale?* 170.

*Unde judicetur mandatum generale?* 171.

*Ob mutatas circumstantias ab Epistalmate recedere licitum est.* 172.

*Hoc casu tamen rescribendum a principi.* 173.

*Quae tacite epistalmati insunt, perager minister potest.* 174.

*Tertium Requisitum exequenti epistalma observandum.* 175.

*In bello nihil circa mandatum Principis gerendum.* 176.

*Declaratur ex Grotio.* 177. 179.

*Exjure militari.* 178.

*Aliquando justa causa excusat.* 180.

*An consultum sit Profectos belli scribere alligare ad epistalma Principis?* 181.

*Deciso.* 182.

*Potestas criminalis sententiam exequendi judicibus sine iussu Principis non competit.* 183.

*Quid si demandata executio & nova ratio inquirendi suboriantur?* 184.

*Ubi speciale mandatum requiritur, exacte id observare debet minister* 185.

*Declaratur hoc LL. & exemplis.* 186.

187.

*Generale mandatum habens potest transfigere de causa illiquida.* 188.

*Quatenus securus sit, qui emit a fisco.* 189.

*An scientia procuratoris prejudicet Principi.* 190.

*Ubi*

## E PISTALMATA EXEQVENTIVM.

29

*Ubi non sit necessarium epistalma?* 191.

*Declaratur (1) in procuratore Cesaris.*

192.

*(2) In ducibus belli sponsiones facientibus.* 193.

*Differentia sponsonum a federibus,*

194.

*Quando sponsiones facere licitum?*

195.

*Ob imminentis periculum grave sepe quid facere licet absque epistalma?* 196.

*Declaratur.* 197.

*Quatum requisitum Principale ab exequente observandum.* 198.

*Exadissimam diligentiam in execuendo ministri adhibere debent.* 199.

*Quid si non exequatur epistalma minister?* 200.

*Qui dolo recusat adimplere man-*

*datum Principis, lege Iulia Majestatis tenetur.* 201.

*Unde determinatio penae hoc casu capienda?* 202.

*Excusatur, qui ex iusta causa differt executionem & secundum iussum expectat.* 203.

*De iussu secundo vel tertio.* 104.

*Quando iussus secundus exspectandus?* 205.

*Declaratur Legibus & exemplis.* 206.

207.

*In alienatione Dominalium requirunt trinam iussionem.* 208.

*Effectus secundae iussionis.* 209.

*Limitatio.* 210.

*Ubi dubium incidit, ibi secunda iussum petenda.* 211.

*It. si utilitati publica evidenter epistalma repugnet,* 212.

**E**X hac tenus dictis constat, quod Epistalmata habeant respectum <sup>I</sup> ad eos, quibus gloria parendi relista est, imprimis vero ad *ministros* & *officiales*, & quia plures controversiae & dubia hic occurtere solent, operam dabo in hoc capite, ut officium officialium aliorumve Ministrorum circa Epistalmata distincte exhibeam, ne vel cœca obedientia, vel malitiosa aut desidiosa inobedientia, executionem Epistalmatum vel injustam vel inutilem reddat. Quemadmodum vero *officium* in genere re. 2 quiritur, ut actio ejus, de cuius officio queritur, sit *attemperata* legibus *prescriptis*; cum officium dicatur, quod quisque efficere debeat pro sua personæ conditione: Anton. Fernandez de Otero de official. c. 1. n. 3. ita 3 hac in materia officium Ministri, seu ejus qui Epistalmatis executor datum; consistit maxime in eo, ut actiones suas mandato Principis seu Epitagliam tanquam legi *præscriptæ* attemperet, & Principis voluntatem

D 3

exakte

exakte observet, candide, sincere, omni adhibita cura diligentiaque præceptum sui Superioris executioni tradat. Inde jam perpendenda solennis  
 4 materia de artissima obligatione Ministrorum officialiumque, quæ, ut su-  
 pra dictum, ex iussu & jure imperantis fluit, cum nulla obligatio proprie-  
 dicta absque Imperante concipi queat. Excell. Dn. Thomas. Iurispr. div. L.  
 5 1.c. l. §. 136. Hinc quoad executionem Epistalmatis oritur obligatio strin-  
 gens ex iussu Imperantis, ut hanc a se nemo declinare possit. Tencit huic  
 monitum JCTri in l. non potest. 199. ff. d. R. I. quod non possit dolo carere,  
 qui imperio magistratus (seu Imperantis) non paruit; ex quo etiam flu-  
 unt poenalia judicia in non obtemperantes proposita vid. t. t. ff. si quis jus  
 dic. non obtemp. Sane ipsa Jurisprudentia universalis satis accurate hoc  
 fundamenti loco præsupponit: Imperanti esse parendum, id quod etiam  
 ipsa definitio Imperantis ostendit, Dn. Thomas. c. l.c. 3. §. 33. seqq. & JCTus  
 in l. 2. ff. de J. & J. egregie illustrat. conf. l. obligamus 52. §. 5. 6. 7. ff. de  
 O. & A. l. si stipulatus. 81. §. 1. ff. de solut. l. liber homo 37. pr. ff. ad l. Aquil.  
 conf. Thom. Carlevalii Tract. de iudic. tit. 1. disp. 6. n. 4. Quibus præsup-  
 6 positis queritur: an ea obligatio circa execuenda epistalmata solummo-  
 do debeatur legitimo Principi an vero etiam illi, qui dejecto & pulsò legiti-  
 mo Principe imperium invadit & se pro Rege gerit? Pufend. De I. N.  
 7 & G. L. 7. c. 8. §. ult. rem totam ita definit: sapere rem redire eo posseait, ut non  
 solum licitum, sed etiam debitum sit, parere imperio eius, qui in qua-  
 licunque possessione regni est. Quanquam enim ejus iussa, quod legitima  
 8 potestate destituantur, vim obligandi insé non habeant, impruden-  
 tes tamen fore, si vitam & fortunas suas ita temere in periculum proj-  
 cere velint. Dum enim quilibet bonus & legitimus Princeps omnino præ-  
 sumendus est, velle suorum civium salutem conservare, præsumtio quo-  
 que ita capienda est, ut censeatur Princeps legitimus ratum habere, id  
 9 quod subditus ex iussu invasoris agit, & in tantum obligationem remi-  
 sisce erga se. conf. Grot. L. 1. c. 4. §. 51. Hoc puto tamen limitandum: modo  
 epistalmata talia non contra ipsum Principem legitimum dirigantur, ve-  
 lut, si jubeantur cives contra eum arma capere &c; nam hic omnem ob-  
 10 ligationem cessare puto. Quemadmodum vero jus Imperantis non plane  
 absolutum est, sed alligatum ad Leges universales & divinas, imo optimi  
 mi quoque Principes principatum suum submittere legibus civilibus  
 spontanea voluntate soleant l. digna vox. 4. C. de LL. l. ex imperfecto. 23.  
 ff. d. Leg.

## EPISTALMATA EXEQVENTIUM.

31

*ff. d. Leg. 3.* ceu ex præcedente capite constat, ita etiam obligatio & officium Epistalmata exequentium quibus cancellis includi debeat, inde descendendum, quod aliquot includam requisitis.

Primum ergo requisitum officium ministri circa exequenda epistalma dirigen<sup>s</sup> esto: Ut officialis satisfaciat epistalmati sui Princ<sup>i</sup>pis, quatenus obligatorium est, & fides, qua Deo & Principi suo obstringitur, permittit. Pro hujus requisiti exegesi statim primo loco inquirendum, quænam epistalmata sint obligatoria. Sane illud indubium est, si regulis æquitatis & justitiae jus<sup>o</sup> Imperantis non adversetur, haec enim generatim dicta firmo stare talo. At gravior quæstio suboritur, ubi Epistalma continet iniquitatem evidenter, an & quatenus jam minister obligatus sit ad exequendum tale mandatum? Quæ quæstio ut recte decidatur, formandus est ante omnia recte status controversia.

Primo non est sermo de voluntate Principis adhuc *dubia*, seu quando epistalma sanam recipit interpretationem. Nam hoc casu minister, qui illud exequi debet, prudenter id interpretari debet, ne recedat a regulis justitiae & æquitatis: semper enim interpretatio in meliorem partem est capienda, *c. in his. 30. x. de privil.* imprimis in hoc casu, ubi Princeps præsumit noluisse, ut suorum mandatorum aliter, quam de jure conveniret, ratio haberetur. *l. omnes. 6. C. si contr. ius velutil. publ. Mev. conf. 100. n. 15.* Neque enim præsumit velle aliquid contra jus maxime naturale & diuinum. Gyriac. Nig. *contr. for. 33. n. 13.* sed potius ejus jussus intelligi debet cum justitia Id. *contr. 59. n. 9.* Unde Dd. dicere solent: Princeps o- mnes actus vult regulari a *justitia poli* & *fori*, Gail. *1. obs. 14. n. 6.* & Princeps munquam voluisse credendus est, quod juste velle non potuit. Fab. in *C. Lib. 1. lit. II. n. 5. conf. Vultej. vol. 3. conf. 22. n. 21. 22. & conf. 18. n. 174.* Felin. *conf. 51. n. 7.* Hector. Capyc. Latr. *Decis. noviss. Decis. 174. n. 2.* Joh. Francisc. de Ponte. *vol. 1. confil. 55. n. 3. & conf. 59. n. 27.* & consequenter commissiones seu jussus Principum debent, quoad fieri potest, restringi & reduci ad terminos juris. Franc. Nig. Cyriac. *controv. 59. n. 8.* Card. Tusch. *lit. p. conf. 67.*

Deinde etiam non sumus solliciti de casu, ubi non appareat evidens iniquitas. Si pius enim jus<sup>o</sup> simpliciter considerata potest videri recede. *19* re a regulis justitiae, quæ tamen ex prægnantibus causis & circumstantiis, quæ exequentem latere possunt, emanavit. In tali ergo casu sicuti quod ius<sup>o</sup>

- jussu Principis factum est, in iudicio non venire non debet *i. quod Principis*  
*23. ff de aqua & aq. pluv. arc. ira minilla ad obsequium obstrictus est,*  
*præsertim si videat periculum in mora esse, & necessitas executionem*  
*urgeat.* In dubio enim pro epistalmate est generalis præsumtio quod ex  
*juxta & rationabili causa emanaverit Vult. Vol. III conf. 19. n. 178. & vol.*  
*II. c. 14. n. 54. Richter. p. 3. conf. 13. n. 33. Petr. Anton. de Petr. de jure ques.*  
*per Princ. non toll. c. 32. quest. VIII. princ. B. Dn. Brunnen. Iur. Eccles.*  
*l. l. c. 2. §. 31. in f.* De qua præsumtione consuli imprimis possunt Menoch.  
*de presunt. R. 3. pref. 8. conf. Card. Tusch. lit. p. concl. 682.* Non potest ergo  
*non obtemperare, qui credere debuit, sibi juste mandari; imo nec incul-*  
*pandus qui aliter scire & credere non potuit. Mev. conf. 100. n. 98. Richt.*  
*p. 1. conf. 47. quest. 4.* quare potius exequens in bona fide est, justa videli-  
*22. cet ductus opinione Mev. c. l. n. 116. 117. 118. Hinc. B. Dn. Pufend. de I. N.*  
*& G. L. 8. c. 1. §. 6.* valde periculosam hanc sententiam esse autumat, quod  
*scil. iussa Princeps recte possint detrectari, si dubium quoddam circa*  
*eorundem æquitatem oriatur.* Hoc enim modo sepe necessum esset, ut in  
*peccandi necessitatem incidenter, dum contra conscientiam facturi sint,*  
*si obediverint, contra fidem Imperantibus datam, si non obediverint. Cum*  
*vero certum sit, conscientiam inter dubia momentorum nutantem sibi*  
*optime consulere, electa illa parte, ex qua minus peccandi periculum;* &  
*jam longe præsentius sit periculum peccandi, propter dubium illiquidum*  
*fidem expresse datam negligere, ob præsumptionem pro Princeps Epis-*  
*talmate generalem, hinc licite & juste exequitur illud minister, conf.*  
*23. Thomas Hurtado in Resol. Moral. tractat. 3. c. 1. n. 3. seqq. ubi pluribus*  
*hanc materiam, etiam per casus speciales deducit. Add. c. quid culpatur.*  
*4. C. 23. qv. 1.* Imo etiamsi Princeps speculative dubitet de honestate rei  
*præceptæ, tamen cum præcipit, in dubio obedire ei tenetur subditus. Tho-*  
*mas Hurtado. c. l. Resol. 1.* Multo magis obedire tenentur ministri & offi-  
*ciales, si Princeps quidquam impereret, quod quidem possit sine peccato  
fieri a subdito, sed metuatur, ne progressus fiat ad ulteriora, si in hoc pa-  
reatur. Recte enim & prudenter hic loquitur B. Dn. Brunnen. Iur. Eccles.  
*lib. 1. c. 2 §. 31.* Facias & pareas iis omnibus, quæ ex tua parte non laedunt  
*pietatem: cætera pervigili providentia divina committenda, & si tandem*  
*sequantur imperata injusta, tunc tempus erit Apostolicam Regulam se-  
qui: Oportet Deo magis obedire quam hominibus. Omnino enim indigna*  
*subdito**

## EPISTALMATA EXEQVENTIUM.

subditox est: latitat anguis sub herba, aliud Princeps intendit, ac ver-  
bis præ se fert. vid. Dn. Thomas. von Recht der Evangel. Fürsten in  
Theolog. Streitsachen. *ib. 6. §. 5. circa fin.* Interim tamen Ministri  
Principis intimiores admissionis, a cuius nutu & consilio Princeps quam  
maxime dependet; caute hic procedere debent ex sententia Dni. Präf.  
*in Us. Mod. ff. ad tit. ad L. Aquil. §. 15.* Cum enim his non sola parendi 24  
gloria relictæ, sed etiam contradicendi necessitas *vi officii* incum-  
bat, si viderint, voluntatem Principis ad iniusta & noxia propendere,  
ut a culpa se liberent, omnibus modis dissuadere debent, quæ molitur  
Princeps, & si nec ita quicquam efficere possint, & res magni momenti  
videatur, sententiam suam contrariam scriptam Principi offerre, &  
ut ad acta reponatur, petere, quo eorum consilio hoc factum non esse  
constet posteritati: quod si nec ita quicquam efficere potuerint, paren- 25  
dum est Principi jubenti, in quantum jussa Dei non violantur, conf. c.  
*sicut. 2. D. 14.* & si hoc fecerint, accusari non possunt, quod juramenti  
sui immemores fuerint, iuslris enim Principis a perjurio excusat.

Exinde etiam decisionem suam petit quæstio affinis: An Minister 26  
Principis Consiliariusve, si Princeps afferat, se justas & prægnantes ha-  
bere causas, hoc vel illud jubendi, quæ tamen huic omnino ignotæ  
sunt, illius propositione acquiescere debeat? Regulariter causa præsu-  
mitur in Principe, *Gl. in l. relegati. in verb. ex aliqua causa C. de pæn.* 27  
veteres Jcti hanc esse communem opinionem afferant, quos refert  
Lud. Rudolf. de Sabloneta de *absol. Princeps pot. c. 6. n. 203.* ita, uti ibi  
addit, ut vani capitï existimetur ille, qui afferit, Principem non posse  
præcipere sine omni cognitione & sine causæ explicatione. Nam &  
ipse Sabloneta *c. l.* multas refert casus, ubi non præsumitur justa causa  
in Principis iussu. Et deinde, militat saltim præsumptio pro Principe,  
quæ ex facti circumstantiis dijudicanda. Sane in dubio stari deberet ver- 28  
bis generalibus Principis afferentis, se ex justa causa præcepisse id, quod  
præcepit: Alex. *consil. 2. vol. 1. n. 20.* veluti si Princeps jubeat, ut bona  
alicuius fisco addicantur, quia delinquisset. Simplici enim huic asserti-  
oni credendum esse volunt. vid. Petr. Ant. de Petr. *c. tract. c. 32. concl.*  
*2. n. 36.* etiamsi jusserit torqueri aliquem ex infallibili ejus conscientia.  
*Id. c. 13. n. 33. & c. 15. n. 72.* Sed adulatoriam hanc sententiam merito ab 29  
E  
aulis



aulis removendam esse puto. Imo ubi epistalma fundatur super *fallo*  
*non coram Principe gesto*, sed *ab aliis accepto*, major ansa nascitur in-  
 quirendi in causas a Principe derectas, ne alter, cuius bonavel vitam e-  
 pistalma petit, inauditus condemnetur: nec enim Principis supremi as-  
 sertioni fitatur, cum agitur de facto alieno, cui non adfuit. Christoph.  
 Crespus de Valdaura *obs. 10. n. 57.* In aulis sane Principum invidia do-  
 minatur, & ita sepe de Principe male informato querelæ suboruntur.

30 Alia forsitan ratio est, si epistalma fundetur super facto, de quo Prin-  
 cipi non ex aliorum relatione, sed *ex propria conscientia* constat, tunc  
 enim ministrum propositione Principis facilius acquiescere posse puto,  
 sub limitatione tamen *n. 24.* allata. Vid. Petr. Ant. de Petr. *c. cap. 32.*  
*n. 37. seq.* Palæott. *de consult. consil. sacr. p. 2. qu. 5.* Christoph. Cresp. de  
 Valdaura *cit. l.* ubi eximit casum, si agatur de gravi præjudicio. Interim  
 tamen qui in Principis certa scientia se fundat, illam probare debet,  
 cum in dubio non præsumatur. Petr. Franc. de Tondut. *quæst. & Resol.*  
*Benef. l. 1. c. 62. n. 10.*

31 Imo nec suppono casum, quando Princeps injusta *ex parti sui*  
*tantum* præcipit, ita ut ipsi ministerio seu obsequio crimen nullum  
 insit. Nam interdum peccat Princeps jubendo, subditus vero non pec-  
 cat parendo, & ita sine dubio talia præcipienti obedientia præstanta,  
 veluti si minister iubetur exigere iniquam contributionem, vel etiam  
 pendere. Peccabat sine dubio David jubendo, ut numeretur populus:  
 Joabus bene dissuasit, bene tamen tandem, cum Rex in proposito sub-  
 sisteret, obtemperavit. B. Dn. Brunnem. *Iur. Eccles. l. 1. c. 2. §. 30.*

32 Denique a statu controversiae quoque separandus casus, ubi qui-  
 dem iniquitas evidens videtur subesse, jussus tamen non est *stringens*,  
 sed *moram & tempus differendi executionem* *admittat*. Nam tunc is,  
 cui Epistalma datum, ante omnia summa ope eo annihi debet, ne sta-  
 tim epistalma executioni detur. Quocirca hoc casu probe observe-  
 constitutionem Theodosii Imperat. cedro dignam in *l. vindicari* 20.  
*C. d. pan.* ubi sanctissime dispositum, ut, si Princeps severius duriusve  
 contra consuetudinem pro causa intuitu jusserrit vindicari in aliquos,  
 non statim jussio executioni detur, sed per 30. dies suspendatur & dif-  
 feratur, cum adhibita illa dilatione sepius fieri possit, ut Princeps  
 reflectatur, qui forsitan irato animo epitagma tale durum dedit, dum ita

inter-

## EPISTALMATA EXEQVENTIVM.

35

intermedio tempore secunda deliberatione iram mitigare, & placato animo clementia & poenitentia locus esse queat. *Jac. Gothofr. in Comm. ad l. 13 C. Theod. d. pan.* Quicquid enim in calore iracundiae sit vel dicatur, vel jubetur, non prius ratum habendum, quam si ex perseverantia apparuit, judicium animi fuisse. *l. quicquid. 48. ff. d. R. I. conf. My.* ab Ehrenb. de *Hyparchol. c. 11. §. 20.* Exempla enim testantur, quam sepe ira Principum innocentibus exitium attulerit, quod ipsum comprobat Seneca *L. 2. de ira c. 23.* horrendo exemplo, ubi notanter addit: in suspenso iram retinendam, posse poenam dilatam adhuc exigiri, non posse exactam revocari. Et haec ipsa ratio occasionem praebuit legi illi egregiae, ceu ostendit *c. cum apud Thessalonicanam. 69. C. 11. q. 3.* ubi Theodosius Imperator accepto nuncio, a seditione plebe trucidatum esse quandam ex militaribus, iussorat ex improviso obruncari passim, ut quisque ex populo seditione occurrisset. Hac cæde funesta multiplici pollutum gravi reprehensione exceptit Ambrosius, & de tanta clade poenitentiam agenti suasor autorque fuit, ut legem presentem conderet. *conf. Ferdinand. Arias de Mesa variar. Resol. lib. 2. c. 36. n. 2. & 4.* ubi circa l. 20. cit. plures coacervat autores. Differre ergo tali casu executionem providus Minister debet, praeseitum ubi de morte hominis agitur. Nulla unquam de morte hominis cunctatio sera est. *conf. c. de cetero. s. X. de sentent. & re jud. Hector. Capyc. Latri Decis. noviss. Decis. 191. n. 33.* Rigidus vero hic videtur Jul. Clarus, qui *quasi. 60. vers. solec dubitari circa fin. asserit*, se non dare consilium differendi executionem & Principi rescribendi, imprimis, si Princeps ira esset accensus, ne contingat forsan ei, quod contigit Praetorii Varissi, qui suspensus fuit jussu Ducis Galeatii Sfortiae, quod ille non statim executus esset poenam suspendi in homine, quem Dux suspendi mandaverat, referente *Boss. ad tit. de homicid. n. 98. in f.* Quamvis enim talis dilatio aliquando periculosa esse posse, justa tamen est. Hinc *Mev. p. 1. dec. 143. n. 6.* apposite ait: Frustra metuit judex (rescribent Principi) ex eo offensam, quod nunquam displicere potest bono Principi. Quin imo, cum hoc casu Princeps ipse non tam immediate partem gravet, sed judex; quamvis jussum ejus fecutus, etiamsi ab ipso Princeps appellari non possit, tamen a gravamine illo dabitur appellatio; non enim tunc judex merus est executor, sed ipsi incumbit, talia

talia manda & rescripta non attendere, & sic ex actis & probatis judicare. *l. pen. C. de precib. Princ. offer. Thom. Carlevalii disput. de iudic. tit. 1. disp. 2. n. 761.* Hercul Marescottus variar. *Resol. l. 1. c. 86. n. 31.* Dn. Lyncker. *tr. de Gravam extraj. c. 5. S. 1. §. 9. n. 3. 4.* ast quando idem ut minister tantum exequitur, cum tunc, immediate a Principe Gravamen procedat, appellatio institui nequit, sed aliis utendum remedii. Dn. Lynck. *cit. l. §. 10. n. 4. seqq.*

- 40 Controversiae ergo status in hoc continetur: an Minister aliusve subditus jussi sui Principis fatis claro & indubio, interim evidenter iniquo tam respectu Principis quam exequentis, nec moram ferenti aut dilationem admittenti obsequi, eumque exequi obstrictus sis? Equidem quidam veterum JCTorum non veriti sunt id affirmare, ut Cyn. in *l. rescripta. 7. C. de prec. Imp. offer. n. 10.* & quos Flamin. Chartar. de exec. sentent. *C. fin. n. 328.* pleno numero recenset, adeo ut afferant, teneri judicem mandatum Principis exequi, etiamsi officiali mandaret, ut non praecedentibus indiciis & absque ullo corpore delicti inquisitionem specialem contra aliquem formaret. vid. Petr. Ant. de Petr. *de Jur. quas. per Princ. non toll. c. 15. n. 92.* Imo ut aliquem sine processu & causæ cognitione suspenderet, aut alia mortis poena afficeret, quia Princeps esset lex animata in terris, & quod præsumerentur acta per Principem legitime facta, præsertim cum non sit, qui dicat ipsi Principi cur ita facis? Conf. Arismin. Tep. decis. tit. 48. c. 2. Petr. Ant. de Petr. c. 13. n. 33. c. 32. concl. 2. princ. n. 1. seqq. Joh. Francisc. de Ponte conf. 131. n. 26. & hanc sententiam esse communem ex Suarez. verbo officialis n. 3. refert Hippol. Bonacoss. *Theb. commun. opin. lit. o. conf.* Matth. de Afflict. *des. 150. n. 26. seq.* Hinc. Bald. in *l. prius C. qui accus.* non poss. n. 54 ait! hanc parendi necessitatem, quod alias improbum, facere probabile; & licet iniuste faciant, qui præcipiant, hos tamen non iniuste facere, qui parent. vid. Mev. *conf. 100. n. 15.* seu ut dicitur in *l. non videtur. 167. S. 1. ff. d. R. I.* qui jussu judicis aliquid facit, non videtur dolo malo facere, qui parere necesse habet. Neque enim ejus ulla culpa est, qui parere necesse habuit. *l. is damnum. 169. eod. c. 26. d. R. I. in 6.* Provocare etiam solet ad *l. prospexit. 12. ff.* qui & a quib. *l. in fraudem juris. 10. S. 2. ff. de his que ut ind. l. si tacitum 13. ad L. Fal-* eid. Quin etiam salva conscientia epistalmata talia executioni tradi posse

## EPISTALMATA EXEQVENTIUM.

37

posse, satis audacter afferit Suarez. in sent. recept. lit. p. n. 275. De-  
nique ab hac sententia non abhorret Hobbesius in tr. de Cive c. 12. §. 2. 46  
ubi ait: si jubar facere, quod peccatum jubantis est, modo qui jubet, jure  
dominus meus, sit, id si facio, non pecco. Et denique concludit: Opinio  
igitur eorum, qui docent, peccare subditos, quoties Principum suorum  
mandata, que sibi injusta esse videntur, exequuntar, & erronea est, & in-  
ter eas numeranda, que obedientie civili adversantur.

Verum sicuti hæc conclusio fluit ex pessimo fundamento, quod 47  
scil. cognitio iusti & injusti pertineat ad civitatem, hanc proinde ne-  
minem privatum sibi arrogare posse, adeoque Principis voluntatem  
justum constituere; vid. Id. c. tr. c. 6. § 9. 13. ita hic nullam puto sub-  
esse obediendi obligationem in subdito, cum cesseret omni ex parte jus 48  
precipiendi & jubendi in Imperante, quippe qui ipse Legibus divinis  
subjectus est, adeoque nihil contra has præcipere valet. conf. Mev.  
P. l. Dec. 143. n. 4. Et hoc casu omnis pro Principe cessat præsumtio, 49  
quod scilicet ex justa causa epistalma dederit Gail. Lib. 2. O. 58. n. 1.  
Sablon. de abs. Princ. pot. c. 6. n. 216. ut proinde merito extollenda sit  
decisio Juris Can. in c. non licet n. 2. D. 10. quod non licet Imperatori 50  
vel cuiquam pietatem custodiendi aliquid contra divina mandata præ-  
sumere, nec quidquam, quod Evangelicis Propheticis aut Apostolicis  
regulis obviat, agere. Nam etiam si vel maxime expresum obedien- 51  
tia promissa fuisset, restringi tamen debet illa ad mandata licita & juri  
& rationi & aequitati consona. Costa consil. 49. n. 9. & 15. Optime hoc  
facit assertum H. Grot. d. Jur. Bell. & P. L. 1. c. 4. §. 1. n. ult. apud omnes  
bonos, inquiens, extra controversiam est, si quid imperent sumnum im-  
perium habentes naturali juri aut divinis præceptis contrarium, non  
esse faciendum quod jubent. Nam Apostoli cum dixerunt, Deo ma-  
gis quam hominibus esse obediendum, ad certissimam provocarunt  
regulam omnium inscriptam cordibus. conf. B. Da. Brunnem. Jur.  
Eccles. lib. 1. c. 2. §. 29. in f. Eadem sententiam illustrat Grotius L. 2. 52  
c. 26. §. 3. pluribus exemplis & testimoniosis, ostendens n. 3. ipsa jura ci-  
vilia favere quidem his, qui parere necesse habent, per supra cit. ix.  
sed non in omnibus: videlicet excipiunt, ea quæ atrocitatem habent 53  
facinoris vel sceleris. l. ad ea 157. pr. ff. d. R. I. l. sed si unius. 17. §. 7. d.  
injur. l. qui imputem. 11. §. 1. quod vi aut clam. Quo respiciens Seneca

E 3

L. 3. de

L. 3. de Benef. c. 20. ait: *Non enim aut nos omnia jubere possumus, aut in omnia servi parere coguntur.* Contra Rempubl. imperata non faci-  
 ent, nulli sceleri manus commodabunt. Eodem modo Alfen. in l. ser-  
 vus. 20. pr. d. O. & A. servum non in omnibus rebus sine poena domino  
 dicto obedientem esse posse, sicuti si dominus hominem occidere aut  
 furtum alicui facere servum jussisset. Quo circa sano sensu accipien-  
 dum, & ex l. 157. cit. interpretandum, quod dicitur in l. 2. §. 1. ff. de No-  
 xal. Ad. servum scil. nihil delinquisse, qui domino jubenti obtempera-  
 verit. Conf. disp. Dn. Præf. de obl. Princ. ex fact. Min. c. 3. n. 44. & 45.  
 54 Guglielmi Dunozet. Decis. 131. n. 8. Mar. Giurb. Decis. 47. n. 1. Scaec.  
 de judic. c. 57. n. 9. Hector. Capyc. Latri Decis. noviss. Decis. 170. n. 4.  
 Anton. Grannanieto comment. in L. 2. & 3. decret. lib. 3. tit. 5. c. 6. n. 7.  
 ubi discernit mandatum durum vel asperum ab injusto. Huc etiam fa-  
 cit arg. l. toties 6. §. 3. ibi: *non esse ei necesse obtemperare ff. de pollicit.*  
 Neque enim inde injuriarum nasci debet occasio, unde jura nascun-  
 tur l. meminerint. 6. C. Unde vi. Et hoc est, quod Theologi in hac ma-  
 teria dicere solent: quod secunda tabula cedere debeat primæ, &  
 quod neglecta tabula prima, sequantur lapsus tristes in secunda. conf.  
 55 Petr. Ant. de Petr. c. 24. n. 41. seqq. & n. 54. seqq. Proinde vituperio sum-  
 mo digna sententia, quod absquo ullis indiciis & corpore delicti ex  
 iussu Principis possit formari iuquisitio specialis; vid. Mart. Schrad. de  
 sentent. Princ. ex potest. plenit. lat. c. 3. §. 27. 30. & 31. cum nequidem Prin-  
 ceps possit mandare, ut procedatur absque partis citatione. Hector.  
 Capyc. Latr. Decis. noviss. dec. 122. n. 16. Imo nimis temere Suarez.  
 cit. l. exequentem epistalmata talia absolvit a peccato in conscientia,  
 præsertim cum etiam in aliis quæstionibus, quæ non eandem eviden-  
 tem iniquitatem habent, difficile & quodammodo temerarium sit, velle  
 judicare, an hoc vel illud salva conscientia fieri possit, nec ne? com-  
 hoc dependeat ex cuiuslibet intentione, qua negotium aggreditur &  
 perficit, quam nemo perscrutari potest, nisi summus ille <sup>magister</sup> Deus.  
 conf. Myl. ab Ehrenb. Hyparchol. c. 11. §. 17. 18. 19.

56 At cum hic sermo sit de casu, ubi epistalma moram & dilatio-  
 nem non fert ob præcisam parendi necessitatem, illud adhuc superest  
 enotandum dubium, quid agendum eo casu Officiali, seu cui epitagma  
 injunctum, cum non debeat exequi mandatum, an officio potius suo  
 renun-

renunciare, imo mortem præsentaneam, si scil. sub hujus committatione negotium injunctum, potius obire obstricatus sit, quam tale epistalma exequi? Sane & nostra tempora exempla hujusmodi horrenda fuppeditant, ut proinde non absonum videatur, hoc dubium hic tangere. Evidem quod renunciationem officii attinet, minor ratio du<sup>59</sup>bitandi subesse videtur; cum haec jactura æqua mente sustineri in gloriam Dei debeat, eventuque meliori sape pensari soleat. Notatu dignum est exemplum, quod qui elatere Principis sunt, merito intueri debent, quod ex Franc. Vivii Thes. comm. opin. opin. 628. n. 10. & 11. adducit Myler. ab Ehrenb. Hyparch. c. 11. §. 16. n. 25. de Præside Parlamenti Parisiensis, cui cum Rex mandasset, ut sub poena depositionis sententiam voluntati ejus conformem ferret, in causa quadam, respondisse fertur: *Malo officium perdere, quam scienter Deum offendere.* Et ita etiam officio privatus fuit: postmodum tamen ob candorem revocatus & honoribus meritis condecoratus, conf. Petr. Ant. de Petra. cit. tr. c. 32. concl. 2. princ. n. 4. Hoc enim certum est, Principes ministris quidem imperare posse, ut causam breviter expediant, non ramen, quid pronunciare debeant, præscribere, sed libertatem integram deliberandi & judicium ferendi relinquere, ut bene observat Christoph. Cresp. de Valdaura obs. 114. n. 53. De mortis periculo vero gravior disquisitio supereft. Si Grotium audiamus cit. c. 4 lib. 1. §. 1., ibi in f. concludit: 61 tolerandam esse injuriam, si qua nobis inde inferatur. Et hanc sententiam merito approbo, si nulla evadendi via & ratio & illa execu<sup>62</sup>tione Deus ipse laedatur. Quamdui enim adhuc subest fugiendi ratio, saluti suæ consulere quilibet fuga tenetur, ne se ipsum malo aut morti objiciat, recusando implere voluntatem sui Principis. vid. Carpz. de L. Reg. c. 14. sect. 2. n. 8. Imo & arte eludi posse tali Principis. manda<sup>63</sup>tum, ubi occasio aliæque circumstantia non resiftunt, nullus dubito, cum exempla testentur, sape Principes ad saniorem reversos mentem, ira extincta, & factum ministri dissimulantis cum summa laude approbasse. Neque enim omne falsiloquium turpe, & omnis simulatio reprehendenda, prout ipse Ulp. ex Labcone optime notat in l. 1. §. 2 ff. de dol. mal. Imo tali casu semper pro me militat dictum Apostolorum<sup>64</sup> Ad. V, 9. seqq. Deo magis obediendum esse, quam hominibus, quod etiam suo exemplo vivide illustrarunt, contra ac Moscovitæ Russique, 65 qui

qui Domino suo in omnibus, quicquid etiam tyrannice mandet, obedientiam praestant, cum Dei voluntate omnia geri existiment, ceu ex Chytr. chron. Saxon. l. 1. refert Carpz. ad L. Reg. c. 2. n. 18.

- 66 Equidem B. Dn. Pufend. supr. cit. lib. 8. c. 1. §. 6. hic distingvendos duos casus putat; alterum, quo quis nudam suscipit executionem actionis, alterum, quo quis actionem iussu imperantis suscipit, ut su-
- 67 am. Illum non imputari executionem facienti, hisce tamen concurrentibus requisitis: (1) ut mera tantum ille *executio* injungatur, i. e. ut ipse membra tantum sua viresque corporis accommodet, & ita mandatum exequatur pro�sus alienum, non tanquam suum. Quo sensu etiam merus executor *nudus minister voluntatis* esse dicitur a Dd. etiam in aliis materiis. Petr. Franc. de Tondut. in quest. & Resol. benef. l. 1. c. 16. n. 5. (2) Ut illud ipsum ministerium, quantum potest, averetur, & deprecetur. (3) Ut propter detrectatam illam executionem ipsi praesens vitae periculum, aut aliud grave malum intentetur a mandante, cum ad illud malum subeundum, neque justitia neq; caritas obliget, hinc citra peccatum tale Epistola expediri posse autumat. Quacum sententia fere coincidit decisio Pontificis in e. pastoralis 28. vers quia vero X. d. offic. & pot. jud. deleg. quod scil. cum ordinarius teneatur obsequi delegato, & si sciat sententiam illam esse injustam, exequi nihilominus eandem teneatur, cum non cognitio sed *executio* tantum (nudum ministerium) eidem demandetur: nisi apud eum efficere possit, ut ab hoc onere ipsum absolvat. Verum cum ipsi Canonista valde se torqueant in interpretanda & excusanda hac Pontificis decisione, ceu patet ex Gonzalezio comment. ad e. si quando 5. X. de Rescript. Anton. Grannanieto in Comment. ad Lib. 2. & 3. Decret. lib. 3. tit. 5. c. 6. n. 7. mihi non tanti ponderis videtur esse, ut propterea a sententia negativa recedam. Unde merito reprehendit eccam hanc obedientiam B. Dn. Zieglerus in not. ad Lancellott. lib. 3. tit. 16. §. 4. verb. donec Principi, & monet, nos obedientiam Principi debitam ita semper temperare, ne per eam in Deum peccetur, aut conscientiae onerentur. In specie vero verb. exequi nihilominus tenebitur. sententiam hujus c. alleg. rejicit, docens executorem parere non debere, ubi manifeste de sententiae in-justitia constet. Eandem sententiam approbat B. Dn. Brunnum. de Iur. Eccles. Lib. 3. c. ult. §. 4.

EPISTALMATA EXEQVENTIUM.

41

Et eatenus puto sententia Dn. Pufend. subscribendum non esse. Quomodo enim hanc epistalmatis executionem meram dicere possumus aut hominem exequentem ut merum instrumentum considerare? Diversa ratio enim est, inter instrumentum naturale & morale seu hominem agentem. Quid quod ipse Pufend. fateatur, etiam nudam executionem quorundam actuum multis ipsa morte acerbiorem videri. Neque enim hic applicari potest Regula ex duobus malis minus esse eligendum, cum alterum sit malum morale, alterum tantum physicum, quo casu malum morale praferri nequit. Imo & caritas Christiana, ad quam provocat, ad hoc etiam nos videtur obligare, ut in certis casibus vitam pro fratribus nostris profundamus. Evidet hoc casu extremo magis excusandi quam inculpandi videntur, sed minime inde inferendum, ac si nihil contra jus & æquum factum sit. Neque hic necessitas præsidium aliquod assert, cum hic deficiant illa requisita, quæ 74 necessaria sunt ad liberationem ab obligatione legis. Videl, necessitas quidem adest, sed medium evadendi provenit a malignitate Superioris, quo casu necessitas non excusat. Excell. Dn. Thomas. *Iurispr. div. L.*

*2. c. 2. §. 143.*

Inde tamen non inferendum, quod Principi violenter resisti possit. Aliud enim est, Principi impia præcipienti vel iniqua per subditos exequi volenti non obtemperare; aliud domino cum violentia resistere: B. Dn. Ziegler. *in not. ad Lancell. cit. l. verb. violenter resistere.* Illud subditis licet, quin & facere convenit, hoc non item. Goldast. in *Bohem. c. 5. n. 6. Conf. Carpz ad L. Reg. c. 14. S. 2. l. n. 14.* ubi ex Augustino adducit exemplum Christianorum sub Juliano militantium, eos sc. 76 serviisse quidem ipsi, sed ubi ad causam Christi ventum esset non agnoscuisse, nisi illum, qui in coelo esset. Quando voluisset, ut idola colerent, ut thurifacerent, præposuisse illi Deum. Quando dixisset: producite animem, ite contra illam gentem, statim obtemperasse &c. Illustrantur hæc commode ex Gellio *Noct. Att. l. 2. c. 7. conf. Card. Tuschi. lit. p. conf.* 478. n. 9.

Sed quanquam hæc in Theoria firmo nitantur fundamento, valde tamen dubito, an praxis ei satis respondeat, cum Epistalatum major haberi soleat ratio, quam justitiae & conscientiae. Comprobavit tamen hanc theoriam egregio exemplo JCtus Papinianus, qui ab Ant-

F

Cara-



## CAP. III. DE OFFICIO

Caracalla parricidium fratris Getae juris aliquo colore defendere ius-  
fus, illud recusavit, rationem hanc subnectens: non tam facile esse par-  
ticidia excusare, quam admittere, & ita mortem sustinuit. vid. III. Dn.  
79 de Rhetz de absolv. Princ. potest. c. 3. § 10. Optime hanc in rem Bald. in  
l. Emil. ff. minor. Magnus est Cæsar, sed major est ratio & veritas.  
Addo: Iussus Principum sunt vocanturque SACRI l. un. C. Theod. de  
Mand. Prince. l. 5. C. de Jur. fisci l. ult. C. de long. temp. prescr. l. 20. C. The-  
od. de Heret. Nov. 114. sed non sunt facti, ubi Majestatem Dei sacram  
violent. Princeps est vicarius Dei in his terris; Pfeil. l. consil. 78. n. 37.  
sed quatenus se ut vicarium Dei gerit, etenim etiam ei sine ullo du-  
bio debetur obsequium. At in iis, quæ sunt injusta, præcipiendis, non  
se gerit ut vicarium Dei. Et nihil hic operabuntur omnes clausulae v.  
c. de plenitudine potestatis, non obstante, motu proprio, ex certa scien-  
tia &c. vid. Petr. Ant. de Petr. sepe laud. tr. o. 32. concl. 2. princ. num. 17.  
Præsumtio enim pro Principe est nulla, ubi evidens adest injustitia.  
30 Imo illud quoque hic addendum, subditos ne quidem ex vi homagii seu  
juramenti subjectionis ad executionem talium epistalmatum teneri:  
nam & formula juramenti solum obligat ad ea, quæ Dei iussa non læ-  
dant, dum jurant: Auch sonst alles andere thun / was ein treuer  
Unterthan gegen seinen Landes-Fürsten und Obrigkeit von Gottes  
auch Gewohnheit und Rechts wegen zu thun schuldig ist. vid. Append.  
Exam. Jur. Feud. Dn. Präf.

Constatib autem ex capite antecedenti, quænam Epistalmata sint  
32 talia, ut non possint dari executioni. Videlicet quæ Juri Nat. & Divi-  
no morali sunt aduersa, & quorum executio simul in exequente pec-  
catum necessario inducit. Præp̄mis huc spectant (1) quæ veræ fidei  
Christianæ e diametro repugnant, cum circa hæc disponere non sit  
Principis. Evidem jus circa sacra ei sine dubio competit, vid. B. Dn.  
Bruanem. jus Eccles. l. 1. c. 2. per tot. Illustris Cancellar. Dn. Ludolph.  
Hugo in tract. de Stat. Region. German. c. 3. §. 22. seqq. ubi Autono-  
miam in rebus sacris pluribus illustrat; & hactenus Epistalmata circa  
Adiaphora & ritus Ecclesiasticos merito a ministris Ecclesiæ observan-  
da, vid. Brunnem. Jus Eccles. L. 1. c. 2. §. 28. & 34. Conting. de Autor.  
34 Maj. circa sacra. ib. 15. adeo ut refractarii Clerici ad obedientiam pos-  
nitis legitimis adigi possint, Wenn sie denen Fürstl. an sie gestelleten  
Ordren

Ordren in diesen Sifick nicht pariren wollen. Sæpe enim accidere solet, eos ex re indifferenti necessitatem quandam fingere, & Principis jus circa eam excludere, quo tamen involant sine dubio in jus Principis circa sacra. Exemplum recens sifit libellus quidam, cui titulus *Wirtsteinische Antwort auf die Nethenische übelgegründete Verantwortung/ ubi imprimis legi meretur Responsum Facultatis Theologicae Marpurgensis, in quo pœna remotionis ob denegatam Illustrissimo Comiti Isenburgensi obedientiam Inspectori Nethenio fuit dictata.* Add. Excell. Dn. Thomas. *Vindiciae juris Majest. circa sacra,* quæ plenius ea, quæ huc faciunt, suppeditant. Sed tamen & Principes 85 hic limites potestatis suæ excedere non debent, reputantes, sibi competere superioritatem in Ecclesia, non in Ecclesiam, in divinum ordinem, non in ipsa divina; Ziegl. in Prel. ad Decret. ad c. 2. X. de judic. alioquin Epistalmata sunt ambitiosa, nullam vim obligandi habentia, ceu cap. antec. n. 44. seq. plenius demonstratum. Breuiter: Ita se gerant 86 Clerici circa Epistalmata Principum sacra respicientia, ne vel Dei jussi postponantur, vel etiam debitum Principi obsequium, ab ipso Deo Rom. XIII. præscriptum temere & prætextu Religionis recusent. Abhorremus enim merito a vulgato Canonistarum dicto ad c. si papa. 6. D. 40. Etiamsi Papa multa millia hominum ducat ad gehennam, nemo tamen dicere debet: *Papa quid facis?* Hanc enim Tyrannidem jam dudum excusimus per Dei gratiam.

Satis commode hæc illustrari poterunt exemplo Ambrosii adducto in c. *convenior. 21. C. 23. qu. 8. ex quo* potissima in medium producere operæ pretium esse duxi. Ita autem insit Ambrosius: *Convenior ipse a Comitibus & Tribunis, ut Basiliæ matura fieret traditio, dicentibus, Imperatorem jure suo uti, eo quod in potestate ejus essent omnia.* In hoc erat situm Imperatoris Epistalma. Denegavit autem Ambrosius ei obsequium, dum hoc modo respondit: *Si a me peteret, quod meum esset i. e. fundum meum, argentum meum, jus hujusmodi meum, me non refragaturum; verum ea que divina sunt, Imperatoria potestati non sunt subiecta.* Non inquiram quidem curiose, quatenus Ambrosius potuerit juste detrectare obsequium, & an Epistalma de templo traddendo Hæreticis sit injustum etiam ratione executionis; sunt enim hæc utique altioris indaginis: Christiani veri templum in corde habent;

bent: sed illud saltim inde patescit, accurate fuisse observatam distinctionem in thesi inter ea, quæ saltim a parte præcipientis sunt iniqua, & quæ etiam a parte exequentis. Inde pergit: *Si patrimonium petitur, invadite: si corpus occurram &c.* Applicat autem clarius, quæ in thesi attulerat, ad hypothesis dicendo: *Mandatur, trade Basiliacum, b. e. dic aliquid verbum in Deum & morere, nec solum dic aduersus Deum, sed etiam fac aduersus Deum. Mandatur, trade altaria Dei, urgemur igitur preceptis regalibus, sed confirmamur Scriptura sermonibus.* Inde infert: *Nunquam volens jus deseram, coactus repugnare non novi, potero dolere, potero flere, potero gemere, aduersus arma, milites Gothis quoque lacryme mee mea arma sunt. Talia enim sunt munimenta Sacerdotio.* Aliter nec debo, nec possam resistere. Egregia sane regula virtutis contra Zelum plurimorum Clericorum, plus quam resistendi studium foventium, quorum arna magis sunt carnalia, quam Spiritualia. Expressius adhuc eadem exponit in seqq. *Allegatur, inquit, Imperatori licere omnia, ipsius esse universa.* Respondeo: *Noli te gravare Imperator, ut putas te in ea, que divina sunt, imperiale aliquod jus habere; noli te extollere, sed si vis diutius imperare, esto Deo subditus.* *Scriptum est: que Dei, Deo: que Cœsar, Cœsari.* Ad Imperatorem palatia pertinent, ad Sacerdotem Ecclesie. Publicorum Tibi manum Jus quæstum, non sacrorum. Iterum dicitur: *Mandate Imperatorem: debo & ego unam Basiliacum habere.* Respondi: *non licet tibi illum habere.* Quid Tibi cum adultera? adultera enim est, que non est legitimo Christi coniugio copulata. Declarat hæc in sequentibus exemplo Nabothis cum applicatione, & tandem concludit, se non posse templum tradere, quod custodiendum acceperit. Sane hæc eadem quæstio etiam hodie pro dolor! post funestum illum pacis Ryswie, art. IV. renascitur, & eisdem querelis, quibus Ambrosius in alleg. c. usus est, omnia plena & referta esse constat. Sed eum vulnera ita recrudescente incipiunt, major ratio erit pueris & serventibus ad Deum fuisis precibus præcavendi, quam disputandi, præsertim cum Epistalmata in hoc negotio plerumque soleant esse armata h. e. non ad jus & regulas æqui attemperata, sed via facti & violenta executione stipata. Inde patiendo potius respondendum, quam frustraneis dubiis resistendum.

*Venio (II) ad illa Epistalmata, quæ publicæ respiciunt negotia, & ad*

## EPISTALMATA EXEQVENTIUM.

45

& ad utilitatem publicam promovendam inventa & introducta sunt.  
 Ubi statim de *Legatis*, per quos maxime publica negotia tractantur,  
 movenda peculiaris quæstio; (notum enim est, quod ex communi jure  
 Gentium inviolabilitate quadam singulari gaudent. Christoph. Cresp.  
 de Valdaura *obser. 13. n. 24.*) an ita impune eis liceat exequi, quicquid  
 eis a Principe commissum? Hoc quidem extra dubium, in Legato quo-  
 vis requiri παρόντας, præsentemque animum omni timide vacu-  
 um, daß er seines Herrn Ordre vollstrecken könne/ so gefährlich  
 und wichtig sie seyn möge/ modo prudentia quadam emolliat duri-  
 tiem cause. *W. equefort. Lib. 2. partit. 7.* Et hactenus excusatur, quan-  
 do libere pro interesse sui Principis verba facit: Sed si jussu Principis  
 delictum committat, prodiciones machinando, subditosque ad sedi-  
 tionem incitando, ipsi sua inviolabilitate excidunt, nec ad beneficium  
 Juris Gent. provocare possunt qui ipsum Jus Gent. proditorio more  
 violarunt. Tunc enim non tam sunt Legati, quam emissarii & sicarii.  
*Nihilominus* tamen non desunt, qui exequi legatos debere putant,  
 licet vel nefas eis injunctum sit. Sed ita legato plus licet in alieno  
 solo, quam ipso ejus, si adesset Principi, cum tamen omnem suam san-  
 citatem a sanctitate mittentis habeat: & contra, minus posset in sua  
 ditione Princeps, quam in domo sua Paterfamil. Excell. Dn. Thomas.  
*Jurispr. div. L. 3. c. 9. § 70.* Unde sicuti quando Princeps hostilia mo-  
 litur in alterius territorio, populum in conspirationem & seditionem  
 concitando, iuste capi & poena affici, ut hostis, potest, ita ut hoc casu  
 Imperator non sit adeundus; Weil sich die Stände des Reichs selbs-  
 sten schützen können v. *Cap. Leop. art. III. & VII.* secus ac statuit Myl.  
 ab Ehrenb. *de Princ. & Stat. Imp. c. 20. § 33.* Ita idem dicendum de ejus  
 Legato. *Ziegli. in not. ad H. Grot. L. 2. c. 18. §. 4. n. 7.* Sicuti ergo ipse  
 Rex vel Princeps, quem repræsentat Legatus, si esset in territorio præ-  
 sens, ejus Principi summæ potestati subjectus esset, licet non semper  
 ratio politica & decori admittat, ut dominus territorii suam potesta-  
 tem in eum exerat; ita eadem ratio est in Legato. Inviolabilitas enim  
 hæc vim injustam cohibet. *I. 9. ff. de Rer. divis. & securitatem conce-  
 dit, non facultatem ad quævis scelera impune patranda. Sic ab Elisab-  
 etha Regina Angliæ punitus est Legatus Mariae Reginæ Scotiæ, quod  
 seditionem, quamvis ad jussum Reginae Scotiæ, movisset, quod exem-*

90

91

92

93

94

95

96

97

plum secundum omnes circumstantias plenius enarrat Wicquefort  
*l' Ambassadeur L. 1. part. 27.* Et ita H. Grot. *L. 2. c. 18. §. 4.* quem cit.

93 *I.* Wicquef. stricte sequitur, inviolabilitatem Legatorum nimum ex-  
 tendit, hinc merito ejus sententia ad suos limites revocanda, ne missio  
 plus juris tribuamus, quam ipsi mittenti, si præsens esset, competeret.  
 conf. Arumæus *ad A. B. Diff. 1. n. 21.* Myl. ab Ehrenb. *de Princ. & Stat.*  
*Imp. p. 1. c. 19. §. 12.*

99 De illis Epistalmatibus, quæ in negotiis publicis sunt contra ju-  
 ra communia, itidem magna oritur concertatio, quatenus executioni  
 danda? Dirigam autem ante omnia sermonem meum ad ea, quæ ad  
 Leges fundamentales Imperii spectant. Evidem respiciunt illæ har-  
 moniam inter Status & summum Imperii caput, & sic ad earum ob-  
 servantium pactio quodam jure tenentur. Quod ergo Imperatorem  
 100 concernit, sanc si quid contra Leges fundamentales jubeat, difficile est  
 definire, an & quatenus minister ad obedientiam obligetur, ob und  
 wie weit er der Ordre pariren müsse / veluti si executio alicujus sen-  
 tentiae, quæ tamen per LL. publicas Circulis competit, demandetur  
 ab Imperatore Legato suo: si alienatio rerum, quæ ad Imperium spe-  
 ctant, non præmissa consultatione Statuum injungatur ministro aulae  
 101 Imperatoria &c. Et cum in ipso ministerio & executione non soleat  
 hisce casibus aliqua inesse turpitudo aut peccatum, sed per jussum tan-  
 tum fides pactorum lœdatur, & ita ipsi Imperanti injustitia imputan-  
 da, haec tenus obstrictum esse puto officiale Imperatorium ad execu-  
 tionem Epistalmatum, presertim cum hujusmodi casibus ipsi non com-  
 petat arbitrium, gesta sui Principalis examinandi, eaque in dubium vo-  
 candi. Pfeil. *I. cons. 78. n. 37.* Quanquam ergo ratione jubentis vide-  
 atur epistalma esse injustum; tamen executio in eo, qui resistere & sua  
 contradictione nihil efficere potuit, non est injusta.

102 Alia forsitan esset ratio in Statibus Imperii. Cum enim hi qui-  
 dem in suis territoriis analogica quadam gaudeant Majestate, adeo-  
 que in Camera Imperiali vel judicio aulico ratione gestorum con-  
 veniri possint; ministri & officiales, si Princeps adduci non posit,  
 ut deficat a proposito, non eodem modo erunt obligati. Qualitas ta-  
 103 men negotiorum omnino attendenda. Nam haec tenus Principiad ob-  
 sequium obstricti sunt, quatenus Epistalmata non tendunt ad subver-  
 tendam

tendam pacem publicam. Hæc enim sanctissimis est munita Legibus. Vid. Ordnung des Landfriedens de Anno 1521. & 1548. omnisque diffi-  
datio inter Principes imperii sub poena banni prohibita. Si quid enim  
controversia inciderit, unusquisque jure experiri debet secundum I.  
P. art. XVII. §. 7. Et hæc sanctio publica non tantum Principes Im- 104  
perii summos stringit, verum etiam eorum subditos, ceu diserte ex-  
primitur in cit. R. I. d. An. 1521. art. IV. §. 2. & 1548. art. VI. § 2. his ver-  
bis in utroque Recessu consonantibus: Desgleichen sollen wir und  
unser jeder / wie obgemeldet / bey unsern Amtleuten / Unterthanen  
und Verwanten ernstl. ch. verfügen und verschaffen / auch ihnen das  
in Pflicht binden / solches wie obstehet / getreulich zu halten / und zu  
vollenziehen / und in ihrem Amtern und befehligen fleißig auff sehen  
zu haben / damit den Landfrieden gelebt und nachkommen / und sol-  
che gefährliche Zuschübung durch und Unterschleuß und andere Furschübung  
und Bergünstigung fürkommen / nicht gethan noch gestattet werden  
in keine Weise / sonder Geschärde. conf. der Königl. Landfriede zu  
Worms. de Anno 1495. art. 9. ibi: mit euren Amtleuthen / Bischüm-  
ben / Pflegern / Verwesern / Stadthaltern / wie sie Nahmen haben /  
auch euren Unterthanen &c.

Hinc questio oritur, an Duces bellum, Praefecti militum, ipsique 105  
milites jussu sui Principis constatum Imperii bello petere intendentis,  
obligentur? Quandoquidem quilibet obstrictus est ad pacem publi-  
cam, legibus publicis tam sèpius munitam conservandam, obliga-  
tio erga Principem cessare videtur. Cum vero tali casu Camera Im- 106  
perialis mandata avocatoria statim decernat contra violatores pacis  
publicæ Ordin. Cam. part. 2. tit. 9. §. und ob sich 3. antequam man-  
data decernantur, excusandi sunt, quod reclamare tuto non potuerint...  
At postquam mandata avocatoria die Absforderung Ducibus militibus- 107  
que insinuata sunt, diversa adest ratio. Nam iis non solum Duci belli,  
ut militem e vestigio dimittat, sed etiam ipsis tumultuariis & gregariis  
militibus, ne prece, vel pretio militent, serio præcipitur; adeo ut nul-  
lum amplius superesse possit obligationis vinculum, imo ne tunc qui-  
dem debent jussui sui Principis obedire, quatenus ad bellum continu-  
andum tendit. Ideoque Wenn sie dennoch der gegebenen Ordre par- 108  
ren / ad poenam Banni aliasque juris communis poenas tam contra

Duces

Duces belli quam ipsos milites proceditur. Gail. lib. i. de pac. publ. c. 4. n. 1. 2. 3. sed proh dolor! parum attenduntur talia mandata; Exempla non desunt, sed cum invisa sint nec ignota, hæc lubens omittit. Interim de jure epistalmata hæc non obligant, nec liberant a poena, cum obedientia in delictis inofficioſa & jure reprobata sit. *I. cum ratio naturalis.* 7. §. 4. ibi: *quamvis jussu patris. ff. de bon. damnat.* Tiraq. tr. de pœn. caus. 34. quamquam ab necessitatē parendi nonnunquam mitius puniri soleant, vid. Gail. I. i. de p. publ. c. 4. n. 14. ubi n. 15. ostendit, quod militibus mercede conductis & gregariis nullam præstet excusationem sacramentum militiæ, tanquam quod contra pacem publicam nefarie sit præstitum, adeoque ipso jure reprobatum, cum in deteriorem exitum cedat, & peccati nutritivum sit. Imo nec possunt allegare ignorantiam juris, quæ alias milites excusat, postquam de voluntate & interdictio Imperatoris per literas avocatorias sunt certiores facti. Conf. Id. n. 17.

Solent etiam hic juris universalis Doctores disceptare: an civis jussui Principis injustum censis bellum obtemperare, & recte arma capere possit? Decisio hujus questionis formanda erit secundum principia haec tenus declarata. Evidem Hobbes. tr. de Cive c. 12. §. 2. ad suum recurrens fundamentum pessimum, simpliciter respondet hoc modo: si militavero jussu civitatis, putans bellum injuste suscepimus esse, idcirco non injuste fecero, sed potius si militare recusavero, peccato. Sed fundamento ejus supra destructo, non hic nova opus est animadversione. Videlicet non hic sermo est de his, quibus libera competit electio militandi, aut quiescendi, qui voluntairs vulgo vocantur; sed de his quibus injungitur, ut militent, & tunc sane, si de evidentiâ constare posset, abstinentium utiq; bello esse contendit Grot. de I. B. & P. lib. 2. c. 26. n. 3. quod in evidentiâ notoria & indubia concedi debet, ut antea allatum exemplum de militantibus contra pacem publicam aperte docet. Sed tamen difficillimum judicatu erit, quodnam bellum sit injustum? Cum enim hoc dependeat ex causa ejus justifica, hæc autem privato cuivis non appareat, imo nullum bellum suscipiatur, quod non ab utraque parte a justitia commendetur, & ita privatorum judicium maxime suspensi debeat, saltim dubium plerumque erit, sintne justa sui Principis arma nec ne? Hinc ostendit portet

## CAP. III. DE OFFICIO

49

Portet utique subditum se determinare ad iussum Superioris. Si enim asserente Seneca, servus herilis Imperii non censor, sed minister est, imo plebi, ut loquitur Tacitus, non judicium, non veritas, sane militare iussus in dubio hoc casu epistalmati sui Principis obtemperet, summaque imperantem super justitia belli Deo rationem reddere permittat B. Dn. Pufendorff. *d. J.N. & G.L. 8. c. 1. §. ult.* & Principi, dicenti bellum esse justum, credat Joh. Francisc. de Ponte. *Vol. 2. consil. 15. n. 13. conf. Thomas Hurtado in Resolut. Moral. tract. d. cap. 1. n. 3.* ubi plures pro hac sententia coacervat Moralistas.

Equidem dubia conscientia qui agit, peccare alias dicitur, & ita<sup>117</sup> in dubio potius abstinendum esse ab armis, dicendum videtur, cum H. Grot. *cit. l. §. 4. n. 4. seqq.* sed regerit recte Dn. Henniges in *Comment.*<sup>118</sup> *ad c. 1.* posse judicium dubitans firmum reddi, quando rationibus intrinsecis, quae consultantem dubie suspenderunt, aliquid accedit ab extrinseco momento, quod judicij imbecillitatem tollat, & alterutram partem constanti determinatione amplectendarū svadeat. Et hoc extrinsecus momentum est Epistalma superioris, pro quo in dubio summa præsumtio militat, & huic secundum supra exposita omnino insitendum, si evidenter illicitum non appareat conf. B. Dn. Struv. *Synt. J. Feud. c. XI. §. 7. n. 2.* Hinc addit Dn. Hennig. *c. 1.* Hoc subdito semper credendum est, nihil Imperantem, præsertim quod communem utilitatem concernit, nisi ex magno consilio præcipere, & propterea obsequium, quod in dubium a subdito in re licita nunquam trahi potest, præstandum est. Eadem ratione ex Vasquio contra Grot. concludit. Ill. Dn. Rhetz. *diff. de absol. Princ. pot. c. 3. §. 18.* Opponit quidem Grotius: In dubio minus ex duobus esse eligendum; jam autem inobedientiam<sup>119</sup> in tali casu minus malum esse, quam injusta arma capescere, & multorum innocentium homicidium committere. Sed in re certa hoc verum, nam ibi inobedientia præferenda cæde multorum innocentium. At hic de dubio disceptatur, & ubi judicium suū non debet temere ferre privatus, quod etiam absque summo detimento & interitu Reip. civibus in rebus dubiis concedi nequit. Et ita resoluta quæstione, recte judicium de exemplo Legionis Thebææ ferri potest, quod adducit Grot. *c. 1. §. 3. n. 4.* his verbis: *Iulianus Imperator, quamvis esset Apostata, habuit tamen sub se Christianos milites, quibus cum dicebat, producete aciem pro defensione Reip. obediebant ei.* Cum autem diceret eis: *producite arma in*

G

Christi-

*Christianos, tum agnoscabant Imperatorem cœli. Conf. c. quid culpatur. 4. C. 23. q. 1. ubi in f. hæc verba habentur: Ergo vir justus, si forte sub Rege homine sacrilego militet, recte potest illo jubente bellare, si vice pacis ordinem servans, quod sibi jubetur vel non esse contra Dei preceptum certum est, vel utrum sit, certum non est, ita ut fortasse Regem reum faciat iniquitas imperandi &c.*

- 122 Ex eodem fonte dependet decisio quæstionis, quatenus vasalli ad officia militaria sint obstricti ob religionem juramenti? Evidem in 2. F. 28. dicitur: Domino guerram faciente alicui, si sciatur quod juste, aut cum dubitatur, vasallus cum adjuvare tenetur. Sed cum palam est, quod irrationaliter eam facit, adjuvet cum ad ejus defensionem, ad offendendum vero alium non adjuvet, si vult &c. ex quo sequitur, 123 quod in bello notorie injusto sequi dominum possit. Sed eatenus puto hunc textum rejiciendum, tanquam contra jus Naturæ pugnantem. Unde merito Feudista hoc restringunt ad casum, quo dominus in ma-  
124 gno periculo est constitutus. Struv. c. l. n. 7. Alioquin enim si domino in bello notorie injusto succurrat, parti læsa ad damnorum restitutio- nem tenetur vid. Gothofr. Anton. *jus feud. disp. VII. §. 6.* ibique Dn.  
125 Jo. Sam. Stryk. *in additam. lit. b.* Fides enim ad facinora non extendi-  
tur, & quæ ad turpem causam se referunt, non oportet ad effectum perduci *l. quintus Mutius. 7. in f ff. de annuis leg.* aut patrocinium seu auxilium in scelere præstare. *l. per omnes. 6. C. de defens. civit.* Gail. *c. l. u. 10.* Imo impia est promissio, quæ scelere adimpletur *Id. l. obs. 25. n. 5.*
- 127 Vicina huic quæstioni est alia: an Navarchus possit iussu super-  
rioris expresso se obligare, in extremo necessitatis casu potius pulvere  
pyrio totam navim & se suosque deperdere, quam concedere, ut una  
cum navi in hostium potestate perveniat? Hoc epistalma rigidum  
plurimi rejiciunt, tanquam *avtozeigley* foyens, & hinc nullam inde  
obligationem nasci posse autumant, cum nemini jus in vitam conces-  
sum, & quilibet a Deo, summo Duci, in statione sit collocatus, quam  
sine ejusd. Ducis iussu relinquere non possit. Nec obstat necesse-  
128 tam putant, cum hæc per deditiōnem evitari possit. Sed re accuratius  
inspecta, excusationem merentur, qui pro patriæ salute mortem obie-  
runt: Unde & tales ex judicio summi Pufend. Lib. 8. c. 2. § 4, ab *avto-*  
*zeigley*



## EPISTALMATA EXEQVENTIUM.

51

*xueles* crimine absolvendi sunt, si damnum ingens a Rep. vel tota provincia eo ipso avertatur, & magis noceatur hosti, quam nobis, quod plerumque contingit, ceu dilucide declaravit laudatus Dn. Pufend. c. l. 130 quicquid enim licite promittitur, hoc etiam licite præstat Navarchus. Jam autem licite promittit, se suam salutem pro conservanda Rep. & totius provinciæ integritate omnibus expositurum esse periculis, & sic etiam licite tale epistalma exequitur. Neque enim hic Navarchus *directo* mortem propriam intendit, eorumque qui in navi sunt, sed ut hosti inde noceatur.

Denique (II) ad Leges civiles progredior, ubi tamen Epistalma 131 non statim potest dici injustum, quod ex certa scientia contra eas Princeps dedit. Habent enim Leges auctoritatem ex voluntate Principis, adeoque sicuti eas plane tollere potest, ita non video, quid obsteret, quo minus jussum contra Leges civiles non teneatur exequi Minister. Deus quippe leges hasce ei subjecit, & ipse est lex animata (Νόος ἐν Φύσει) hominibus Nov. 105. §. 2. in f. & ita quod Principi placet, legis habet vigorem, & quod Principem voluisse probari potest, pro dispensatione habetur. Tiber. Decian. Tr. Crimin. L. 2. c. 30, n. 2. Hinc quod Principe volente fit, contra legem factum non censetur, & capropter nec crimen erit: scienter enim contra Leges agens, videtur dispensasse. Richt. dec. 4. n. 27. Inde licet lex in illo, qui ad certum quoddam officium admovendus est, requirat quasdam necessarias qualitates, non tamen prohibet, quo minus Princeps jubere possit, ut aliquis admittatur ad illud munus, qui illis requisitis & qualitatibus non est instructus. Sacrilegii enim instar est dubitare, an is dignus sit, quem elegerit Imperator l. disputare. 3. C. de crimin. Sacril. l. Sacrilegia. 5. C. d. divers. Rescript. & honorabitur, quem Princeps honorari voluit Franc. Nig. Cyriac. contr. for. 301. n. 1. presupposito tamen, quod sciverit ejus qualitates, tunc enim non de Principis potestate, sed voluntate disputatur: quod prohibitum non est. Gail. 2. obs. 58 n. 7. Aliud proinde est, si falsis commendationibus deceptus fuerit Conf. Myl. ab Ehrenb. de Stat. & Princ. Imp. p. 2. c. 53. §. 14. Porro licet regulariter bonorum possessionem sine Tutoris autoritate pupilli ample 134 citi nequeant, ex Principis tamen indulgentia & jussu, judex competens sine tutoris autoritate eam dare potest l. bonorum. 7. C. qui admittiad C. possess.

G 2

Cum



- 135 Cum vero quædam possint esse juris positivi, quæ tamen suum fundamentum proxime in naturali æquitate habeant. B. Dn. Brunnem. ad cit. l. 5. videndum, an idem in hisce Epistalmatibus dicendum sit? v. g. si tertius lèdatur, ejusve jus quæsum tollatur. Evidem jussus Principis pro se præsumptionem habet, quod nemini jus quæsum tollere velit Petr. Belluga Specul. Prince. Rubr. 9. n. 72. ibique Camill. Borell. lit. s. Card. Tusch. lit. p. concl. 686. imo præsumitur circumventus & per importunitatem mandasse, quando adest tertii præjudicium Joh. Francisc. de Ponte Vol. 1. cons. 55. n. 6. Sed ponamus de seria certaque constare voluntate, sane Princeps fines æquitatis transit, hinc si alteri per Epistalma rem meam absque omni causa concedat, in foro conscientiae me non tenere obedire ex Anchor. & Felin. assentit Petr. Anton. de Petr. cap. 24. n. 48. Verum licet Princeps injuste talia Epistalmata edat, cum tamen ejus naturæ sint, ut a quovis examinari non possint, an Princeps justam causam habuerit nec ne? & deinde ipsa executio hoc casu nullum videatur involvere peccatum, hinc tales exequentem absolvendam esse puto, qui justa opinione ductus mandatum implevit. Et ex hoc fonte quodammodo excusari posse, si excusanda est, decisionem Pontificis in c. pastoralis. 28. X. de offic. & potest jud. deleg. supra n. 68. relatam puto, quæ alias iniquitate non caret. Inde in bona fide est, qui solvit jussu Principis, cum necessitatis opinio subsit: Mev. cons. 100. n. 116. 117. 118. Card. Tusch. lit. p. concl. 480. v. g. si Princeps mandet solvendam esse pecuniam minori, sine Curatoribus, & solverit, securus est, cum enim compulsus sit ad solutionem, nihil ei imputandum. l. cit. prætor. 7. § 2. verb. quid tamen. ff. de Minor. Eodem modo, qui alteri debitum jussu Superioris deponit & pecunia interit, liberatur, nec vero debitori amplius teneatur; necessitas enim obsequendi Principum mandatis, ubi ipsi ministerio nullum adhæret peccatum aut culpa, ab omni periculo & damno liberat Mev. ibid. n. 96. Idem est, si jussu superioris pecuniam arrestata tam solvat. Petr. Peck. de jure ff. c. 28. n. 3. seqq. Porro si fidejussor uferas jussu Principis solverit, repetere eas potest a debitore, quas alioquin repetere non potuisset, Card. Tusch. lit. p. concl. 480. n. 4. quod tamen puto limitandum, modo debitor eundem Principem agnoscat superiorem, alioquin enim fidejussor hoc, tanquam casum fortuitum, cui factum

## EPISTALMATA EXEQVENTIUM.

53

factum Principis æquiperatur, ferre debet &c. Cæterum æquissima Hætor. Capycii Latri in Decis. noviss. Decis. 191. n. 28. sententia hic obser-vanda ut tali casu quando scil. Princeps aliquid mandat judicii exequendum cui tamen partis grave præjudicium subsit, adhibeatur citatio & causæ cognitio, quo etiam collimat, l. et si non cognitio: 4. C. si contr. jus vel util. publ.

Ex hisce ergo apparebit, quatenus & in quantum iussa Principum observare debeat minister, aliusve ad quem illa emanarunt. Ante-quam vero ab hoc requisito primo discedamus, due adhuc occurunt quæstiones resolvendæ. Nimirum quæritur: an liceat resistere Mini-<sup>141</sup> stris Principis, epistalmata injusta exequi volentibus? Hæc quæstio & gravis & periculosa decisionis est. Equidem ipsi Principi resisti <sup>142</sup> non posse manifestum est, sed ministro non eadem sanctitas debetur, quæ Principi. Et tamen si promiscue resistendi licentia indulgetur, fa-cile ansa ad seditiones pessimas aliaque in commoda dari potest. Nam & Principis iussus Ministri quandam sanctitatem conciliare videtur. Sed iussus tamen est iniquus? Quid ergo inter tot fluctus consilii & juris? Si epistalmata ipsam Reipubl. salutem, civiumque vitam petant, <sup>143</sup> & in omnibus hostilem animum Princeps seviendi in viscera Reip. ostendat, puto tali casu civibus & subditis jus esse se defendendi adver-sus iniquum factum ministri. Difficilior autem determinatio erit, si <sup>144</sup> epistalma concernat unum alterumve, veluti si Princeps innocentem, incarcerari aut occidi mandet, nam tunc resistendi licentia non ita im-punita & licita erit vid. interim Dn. Pufend. L. 7. c. 8. §. 5. seqq. Grot l. I. c. 4. §. 1. in fin. seqq. Sic & aliam decisionem videtur postulare hæc <sup>145</sup> quæstio, ubi novæ emergunt circumstantiae, veluti ubi regiminis for-ma aliud suadet. Sane in Imperio nostro Romano-Germanico ubi Statibus jura superioritatis non tantum, sed etiam plura sublimia cum Imperatoris juribus concurrentia competit, alia sine dubio forman-da esset hujus quæstionis decisio, si legato in præjudicium Statum-Imperator per epistalma quid injunxerit. Verum hanc quæstionem catenus indecisam libenter relinquo.

Deinde cum non raro accidat, ut hactenus plenissime dicta non observentur a ministris, quam potius ex adulazione summa eo seruantur, ut injustissima mandata exequantur, quæstio inde altera nascitur:

G 3

146 nascitur: An minister talis, aliasve mandatum Principis scienter ex-  
 quens, ulla aliqua actione, teneatur, aut propterea puniri possit? Ubi  
 primum ponendi termini habiles. Videlicet non est quæstio: an ab  
 147 ipso Imperante a quo epistola emanavit, possit puniri; culpa enim  
 redarguit ipsum Imperantem, & hoc respectu culpa potius imputan-  
 da mandanti quam exequenti, nisi ei possit imputari, quod sec. l. 20. C.  
*de pén.* ubi commode fieri potuit, non distulerit executionem, aut  
 Principi male informato, quod saepē contingere potest. *l. i. C. de petit.*  
*bōnor.* Mev. i. Dec. 143. n. 1. non contradixerit, cum contradicere potu-  
 148 isset & ex officii necessitate debuisset. Quæstio ergo est an a Princi-  
 pis jubentis Superiori possit puniri? Veluti ab Imperatore, si Status  
 Imperii adversus constatum ejusve subditos per ministrum quid ten-  
 taverit. Evidem sunt non pauci, qui ministros Principum hoc tan-  
 tum exequentes, quod mandatum est, impunes esse autem, ita ut  
 licet ex Superiorum mandato injusta dicant aut scribant, tamen eos ex-  
 cusatatos esse *l. 7. §. 4. de Jurisd. l. 197. de R. V. Mev. conf. 93.* Ubi etiam  
 149 illam tractat quæstionem, an contra concipientem scripti alicujus, qui  
 iussu Principis vel alius superioris illud edidit, peculiaris actio inju-  
 riarum intentari queat, quod ibi negat, conf. Dn. Lyncker. *tr. de gra-*  
*vam. extrajud. c. 9 part. 2. §. 69. n. 3.* modo mandatum Principis exhibere  
 possit. Unde & Gl. in *l. illicitas. 6. §. 9. verb. necessitatē ff. de off.*  
*Præf.* ait: *Necessitas obsequendi Principum mandatis ab omni damno*  
*& periculo liberat.* *Quis enim est innocentior quam qui Superiori*  
 150 paret & Principis mandata reveretur, Mev. conf. 100. n. 96. Verum hæc  
 assertio non simpliciter assensum meretur: Id quidem admitti potest,  
 quod si principaliter jus Principis vertatur, secundario officialis, velut  
 si iussu & instinctu domini quid peregerit, & dominus facta ejus præ-  
 stare velit, processus in Camera denegentur, id quod præjudicio decla-  
 rat Dn. Lyncker. *tr. de Gravam. extrajud. c. V. S. 1. §. 23. n. 4.* Ast, si  
 excesserit mandatum Principis Id. *l. cit. n. 7.* vel grave quoddam iussu  
 Principis commiserit delictum non eadem decisio locum habebit, quan-  
 quam enim eatenus excusandus sit, ut *pœna ordinaria* affici nequeat,  
 metus enim attenuat culpam. Quia tamen non eam proorsus excludit,  
 cum pro nullo metu quis debeat peccatum morale incurrire, ut ele-  
 ganter dicitur in *c. sacrīs s. X. de bis qua vi met. caus. fūnt. extraordi-*  
*naria*

## EPISTALMATA EXE~~Q~~VENTIUM.<sup>152</sup>

naria aliqua affici potest poena pro rerum & delicti circumstantiis. Imo  
hoc extendunt etiam ad casum, ubi solummodo ad preces Principis  
quid factum, cum sint armatae, & potius Mandata Conf. Menoch. <sup>Q</sup>  
*J. A. cas. 354. n. 2. segg. Myl. ab Ehrenb. Hyparib. t. XI. §. 29.* Magis  
enim succurritur, qui aliquid faciunt ex aliqua necessitate, quam qui  
ex mera voluntate arg. *l. cum postulassem. 44. §. 1. d. damn. infel. l.*  
*alienationes. 13. ff. famil. hercise. l. qui erat. 49. eod. l. liberorum. 11. §.*  
*sute. in f. & l. 12. ff. de his qui not. insam.* Unde & in casu jam allega-<sup>153</sup>  
to de concipiente ad jussum Superioris scriptum injuriosum omnes be-  
ne attendendas esse circumstantias arbitror. Quid enim si in Princi-  
pem Statumve Imperii Iuslū sui Principis tales evomuerent injurias?  
num mandatum excusabit, quod non fuit obligatorium? *l. si remune-*  
*randi. 6. §. 3. ff. Mand.* Unde si Princeps ejusque Cancellarius alicui in-  
juriam intulerint & contra utrumque, & Principem & Ministrum gra-  
vatus injuriarum experiri velit, etiam in Camera ei processus non de-  
negabuntur. *Dn. Lyncker. loc. cit. n. 8.* Imo solet non inequenter  
Princeps injuriam devolvere a se in suos Ministros, jussumque disimulare,  
quo casu sane Princeps vel legitimis subjecere poenis ministrum  
vel cum tradere debet. Sed quia hoc adhuc multis innodatum  
est difficultatibus, hinc Princeps jubens potius convenientius quam ex-  
quens.

Vindicabit tamen aliquando istam injuriam in exequente, si ip-<sup>154</sup>  
sum exequentem vel in ipso delicto, vel alio modo apprehendere &  
ita punire posse; quod aliquoties accidisse testantur exempla, ubi Mi-  
nistri alterius Principis in ipsa executione contra alterum Principem  
deprehensi, morte dare poenas debuerunt, ubi rejecta excusatio das sie  
solches auff Ordre ihres Herrn thun müssen. Item si bona sub Prin-  
cipe, cui injuria illata, habent, non infrequens est, bona illa fisco  
vindicari, præsertim si fuerint feudalia, ob contemtum domini directi. <sup>155</sup>  
Sed queritur, an hoc casu, ubi tantum damnum ob jussum Principis  
officiali exequenti illatum, Princeps ei teneatur ad indemnitatis præ-  
stationem? Certe ubi evidenter injustum epistalma fuerit, qua ratione  
reparationem damni jure petere posse non video. Juslū enim non <sup>156</sup>  
fuit obligatorius, adeoque merito sui delicti poenas luit, cum alioqui  
& mandans & mandatarius eadem poena teneantur. *l. non solum is 11. §.*  
*si man-*

*si mandatu meo 3. ff. de injur. l. si quis. 7. §. f. ff. dict. l. i. §. 12. & 13 ff.*  
*unde vi. ibi: non excusatus est, qui jussu alicujus dejecit, non magis, qua-*  
*si jussu alicujus occidit. l. non ideo 5. C. de Accusat l. 15. ff. de sciar. conf.*  
*Dn. Præf. Vol. 4. disp. 25. de jur. ex alt. person. permitt. circa success-*  
*vel cess. c. 1. n. 23. seqq. Unde hoc nomine vix aliquid a suo Principe*  
*prætendere potest. l. mandavero. 22. § 6 ff. Mandat. Cum vero metu*

**157** *juslo territus & plane invitus talia executus sit, & haecenus diversa ad-*  
*sit ratio in mandatario & executor Epistalmatis, mitius quodammodo*  
*cum ipso officiali procedendum, & præsentim ubi de iniuitate Epis-*  
*talmatis officiali haud sicut integrum iudicare, vel Princeps adjecerit*  
*er wolte ihn schadloß halten/ er solte nur die Ordre auss seine Ge-*  
*fahre exquiren. Sed Principis indulgentia tamen hac in re plus vale-*  
*bit, quam plurimæ contra Principem sententia.*

**158** Cæterum in hac questione adhuc dubium remanet circa succe-

sorem, annon ille ob infelicem eventum Epistalmatis, & damnum Re-

gno vel territorio inde illatum, posuit satisfactionem a ministro, qui

tale injustum Epistalma executioni tradidit, prætendere, & eo nomine

**159** illum gravare inquisitione? quod non facile dixeris, si scil. minister ex

officii ratione Principi contradixerit, eique periculosum eventum aut

etiam iniuitatem ostenderit, Princeps autem defunctus a proposito

suo nulla ratione dimoveri potuerit, hinc enim, ut supra notatum,

parere tenentur Principi in quantum jussa Dei suprema non violan-

tur. Et eatenus recipiendum assertum Nicolai Papæ in *c. de rebus 22.*

*C. 12. q. 2. quando constat de voluntate Principis non ipse executor, sed*

*Princeps pro emendatione redarguendus. ex Ulp. in l. injuriarum. 13. §.*

*1. ff. d. injur. Iuris executio non habet injuriam. conf. Petr. Belluga Spec-*

*cul. Princip. Rubrica. 26. n. 13. Merito ergo excusandi videntur wenn*

*sie die Ordre vorzeigen können: quod enim, cum fieret, crimen non*

*fuit, hoc Princeps mortuo scelus esse nequit; imo utri successor gratiam*

*delicti semel factam revocare nequit, ita quod ipso vivo licitum fu-*

*it, in classem delictorum referri non debet. Dn. Ptæf. Uf. Mod. t. ad*

**160** *L. aquil. §. 15. in f. Cæterum si officio suo hac in re non satisfecerunt,*

*sed amore adulacionis pessimo Principis Epistalma approbarunt, quod*

*cum modestia improbare debebant, non dubitatur, quin contra tales*

*a successore moveri possit inquisitio. Violant enim (i) Homagium Prin-*

*cipi*

## EPISTALMATA EXEQVENTIVM.

57

cipi suo cum præstitum cum juraverint, se velle quovis modo avertere, si quid periculosis contra Principem ejusque statum suscipiatur, ex wolle auch vor seine Person nichts wissentliches vornehmen / daß seinen gnädigsten Herrn zum nachtheil kommen könnte. (2) facit contra officium, quod non in simplici parendi gloria, sed contradicendi facultate & dissuadendi ratione consistit, (3) ipsa obedientia hoc casu inofficiosa est, & sic delictum. Hinc graviter admonet officiales Myl. ab Ehrenb. Hyparchol. c. XI. §. 26. ne tales iniquas jussiones executione mandent.

Sed transeamus ad secundam Requisitum, quod sequens est: Ut terminos Epistalmatis exacte observent, nec ab illius formula recedant. Sicuti enim in negotiis privatis diligenter & ad ungarem fines mandati custodiendi sunt, Guglielm. Dunozet. Decif. 13. n. 9. Petr. Bellugæ specul. Princip. Rubr. 43. n. 2. Joh. Franc. Andreol. Controv. for. 18. n. 9. 10. & qui excedit, aliud quid facere videtur. I. diligenter. s. pr. ff. Mand. & eo nomine judicium mandati non habet locum I. potest & ab una 41. ff. eod. præprimis si certum sit & determinatum, I. si quis 46. eod. quin imo etiam jussus domini vel patris, cui proxime accedere videtur epistalma, non obligat dominum vel patrem, nisi quatenus jussit, I. dominum 3. ff. quod jussu & in exercitoria & insitatoria actione lex seu conditio propositionis diligenter observanda: I. sed si pupillus. II. §. 5. ff. de insit. act. quem in finem cum magistro navis contrahens instructionem suam exhibeti curare debet wie weit seine Ordre gehet. Da. Praef. in nor. ad Lauterb. tit. de Exercit. Act. verb. scire potuit. it. tr. de Action. Forens. invest. S. 1. membr. 8. §. 17. Ita etiam ministri Principis fines sibi præscriptos observare debent, nec ab illis recedere. Illustrari hoc potest exemplo Legati Electoris Brandenburgici Nicolai a Bock ad electionem imperatoriam missi, qui contra Principis sui mandatum votum dedederat Ludovico Bavarо, & non Friderico Austriaco, ut quidem jussus erat, ob quod factum fame necatus misere periit. Cranzius lib. 9. c. 8. Hinc Impf Arcad. & Honor. I. quicunque 2. C. d. Execut. & exactor. præcipiunt compulso-ribus, exactoribus, admonitoribus, portitoribusve præcepti, die die Fürstl. Ordre überbringen/ut hoc tantum potestatis arripiant, quod mandatum curæ sua specialiter approbatur; quo & collimat I. 7. C.

H

Theod.



Theod. eod. ibi extra limites specialiter sibi prescriptos agat, adeo ut minister contra praeceptum Superioris quid intentanti temerario ausu, impune resisti posfit. l. contra nostra. 5. C. eod. l. devotum. 5. C. de Mestat. l. prohibitum. 5. C. de jure fisci ibi. ut etiam si officiales ausi fuerint a tenore data legis, von der Hürstl. Ordre defistere, ipsis privatis resistentibus a facienda injuria arceantur. Conf. l. omnes judices. 33. C. de decur. l. nemo fiat. fin. C. de discuss. Ant. Fab. in C. tit. de Exec. rei judic. def. 15. multo magis appellari potest. Thom. Carlevalii Trad. de judic. tit. 1. disp. 6. n. 4. Da. Lynck. tr. de Gravam. extraj. c. 3. p. 2. §. 27. n. 17. Excessus tamen exequentis de jure non presumitur. Ludov. Pontius de Manuten. decis. 75. n. 9.

164 Proinde non insulse disputatur apud Gellium N. A. L. 1. c. 13. quidnam foret in recepto mandato rectius, id ne omnino facere, quod mandatum est, an nonnunquam etiam contra, si eo facto videri posit res eventura prosperius exq; utilitate ejus, qui id negotium mandavit? Refert ibi, non paucos esse, qui sententiam suam in una parte fixerint, & re semel statuta deliberataque ab eo, cuius negotium id potissimum es-  
set, nequaquam puraverint contra dictum ejus esse faciendum, etiam si repentinus aliquis casus rem commodius agi posse policeretur, ob rationem, ne si pessime fecisset, culpa impatientie & pene inadprehensibilis subeunda esset; si res melius forte rertisset, Deo quidem gratiam habendam, sed exemplum tamen intromissum videri, quo bene consulta consilia religione mandati soluta corrumperentur. Dissidentium vero opinionem hoc fundamento niti, ait, quod talia incommoda, qua me-  
tuenda essent, pensentur emolumento subsequenti, ne oblata divinitus  
rei bene gerende occasio amitteretur, ubi simul prudenter addit, re-  
ficiendum esse ad ingenium, naturamque illius, cujares praeceptumque es-  
set, neferior durus indomitus inexscrabilisq; sit, qualia fuerunt Postbu-  
miana imperia & Manliana. Nam si talu Praeceptoris ratio reddenda sit,  
nihil faciendum aliter quam praeceptum est. Confirmat id ipsum ex-  
emplo P. Crassi Muciani, Magistro exercitiorum jubentis, ut ex malis  
duobus ute major esset, cum mittendum curaret, cum ille vero non,  
uti iussus erat, majorem, sed quem esse magis idoneum aptioremve  
existimabat, minorem misit, virgis eum cædere iusfit, addita hac epi-  
ctisi: Corrumpi & dissolvi omne officium Imperantis, si quis ad id, quod  
facere

EPISTALMATA EXEQVENTIUM.

59

*facere iussus est, non obsequio debito, sed consilio non desiderato repondeat.* Hoc ipsum maximē in bello observati docemur ex l. desideriorum. 3. §. 15. ff de re milit. Ubi JCTus Modest ait: *in bello, qui rem a Duce prohibitam facit, aut mandata non servavit, capite punitur, et iam si bene gererit; quod etiam confirmat Gail. 1. de pac. publ. c. 4. n. 27.* exemplo ex Valerio Maximo L. 2. cap. 2. desunto. Videlicet Manlius Torquatus filium e medio fustulit, quod cum hoste contra præceptum suum dimicasset, hostemque superasset, satius esse judicans, patrem forti filio, quam patriam militari disciplina carere. Quo etiam sine dubio respexit Dux Sidonius, qui admonitus: videret, ne importuno in verba Regis obsequio Regis causa proderetur, Regis administratos subinde imperata interpretari par esse, mandatis satis obtemperari, si vindicatur, respondit: *impositum sibi a Rege munus mandatis regis obsequandi, non relictum super iis arbitrium consultandi.* Vid. Dn. Bezman. Hist. Orb. terrar. P. 2. c. 1. §. 12.

166

Ante omnia vero Legatus hoc requisitum attendere debet, &c. 168  
epistalmata sui Principis exacte observare. Vid. Franc. Vayer. de Legat. c. 11. quo etiam collimant, quae de hac materia fusius proponit Wicquefort. tract. quem vocat, l. Ambassadeur l. 2. partit. 5. ubi ait: *So lan demnach ein Ambassadeur nicht eher von aller Verantwortung sich befreyen zu seyn ermessen / als wann er seiner gegebenen Ordre in allen und jeden punctuellment nachgekommen / er kan auch schlechterdinges nicht vor seines Fürsten Ungnade gefichert leben / im fall er sich der gehorsamen Pflicht / womit er seinem Herrn zu aller gehorsamsten Außmerksamkeit verbunden ist / einiger maßen entziehen darf:* Id. lib. 2. partit. 4. Legatos ita instruit: Ein Ambassadeur ist verbunden die Ordre seines Prinzen Haarklein und von Punkt zu Punkt zu vollstrecken/ absonderlich wenn dieselbe ausdrücklich an ihm ergangen/ oder doch wiederholte worden. Narrat Livius, referente Francisco Vayero tr. de Legat. c. 11. Legatos Romanorum Tarentum missos, publice laudatos fuisse, quod non modo fideliter mandata executi fuissent, sed etiam, quod quibus acceperant verbis, legationem peregissent.

In causa ergo tam difficulti & periculosa una eademque decisione 169  
res in thesi absolvi nequit, sed negotiorum diversitas, circumstantiarum

H' 2

varietas.



varietas, generalitas & incertitudo epistalmatis, natura & indoles ipsius Principis ostendent, qualis decisio in hypothesi sit formanda. De natura & indole Principis jam supra ex Gellio vidimus. Quod generalitatem Epistalmatis attinet, wen die Ordre general ist / tunc obser-vanda decisio Pauli in l. si quis pro eo. 46. ff. mand. Licit alii præstati-onibus exsoluta sit causa mandati, quam quæ ipsi mandato inerant; s̄ tamen hoc mandatori expedierit, valere. An autem incertum sit epi-stalma & generale, dijudicari potest ex Clausula inserta: *Reliqua tue prudenter & discretioni committimus.* Et hoc generale mandatum non infrequenter dari Legatis docet Wicquesfort. *ut. tr. L. 1. partit. 13.* ubi inter exempla addit literas ad Legatum nomine Regis Gallie missas, his verbis: der König will/dass ihr in der bevorstehenden Reise son-der einige gegebene Ordre und Instruktion dasjenige, was ihr selbst nach Gelegenheit rähtsam zu seyn erachten werdet / beschei-den und verrichten sollet. Subjungit & aliam: Es will ihre Königlich Majest. dass dieses Memorial vor sie auffgesetzet und ihnen ausge-lieffert werde/ damit sie sich desselben als einer Bekräftigung sei-nes Königl. Befehls und Meinung/ nicht aber als eines unwan-delbaren Gesetzes zu vollstreckung der ihnen auffgetragenen angele-genheiten zu gebrauchen haben mögen. Sane notari meretur exemplum quod aff. rt Frider. Marselaer *L. 2. de Legat. diff. 4. de CAROLO AUDACE*, qui non certo aliquo mandato Legatos suos ad LUDOVICUM Regem Gallie instruxit, sed solummodo eis dedit chartam nullo verborum contextu adornatam, subscripto tantum Caroli nomine, hac mente, ut quicquid Legati ere Regis esse intelligerent, summa autoritate exe-querentur. *Conf. Dn. Präf. Vol. 4. diff. 15. de oblig. Princ. ex fact. Min. c. 2. n. 22.* ubi talis reperitur formula: Es möchte der Abgesante endlich schliessen/ so guth er immer könnte/ und so weit er es zu bringen ver-möchte. *Mutatio circumstantiarum non prævisarum & supervenien-tes casus sapientia quoque non admittunt, ut stricte insistere epistalmati Legati possint, adeoque Gail. Lib. 1. de pac. publ. cap. 4. n. 30.* concludit, Commissarios & Legatos Principum ex causa nova, quæ committen-tum latebat, quandoque ex tempore pro re nata limites mandati sui pro utilitate domini excedere posse veluti qui pro honore Principis non exequitur mandatum. *Hector. Capyc. Latr. Decis. noviss. dec. 170. n. 23.*

n. 23. Unde & procurator nunquam excessisse dicitur, dum ea facit, quæ possunt considerari uti consentanea menti & intentioni mandantis, & quæ ipsemet verosimiliter est facturus, Joh. Baptist. Saminiat. *controv.*

32. n. 88. Tuitius tamen est, si tempus & occasio ferant, super noya & incidenti causa committentem consulere, ne si res aliter opinione cadat, ipsi Legati in vita honoris & bonorum pereulum ob non arte servatum mandatum adducantur.

Hoc ipsum quoque diligenter inculcat<sup>173</sup> Wicquefort. *cit. tr. L. 1. part. 14.* quod cum in quavis Instructione etiam sufficienti non omnes possint exprimi casus, precautions & admonitiones, semper suo Principi rescribere debeat, und durch verneuerte Ordre dieses ersehen. Imo si videant, magnum in executio-

ne epistalmatis imminere præjudicium, ut omni periculo & culpa se liberent, omnino hoc attendere debent Legati. Hincaddit, eos plane non esse obstrictos ad exequenda epistalmata, quando sentiunt, obedientiam hac ratione Principi damnosam futuram, ut adeoque prudenter singularis requiratur in Legatis, qua hæc omnia recte perpendere & ponderare possint, præprimis vero, wen man den Gesanten Feiz

ne Zeit lässt das er seines Fürsten Ordre erwarten könne. Denique<sup>174</sup> circa hoc requisitum optime quoque attendendum, an exequens dire-

cto contra formulam sibi datam agat, an vero illa agat, quæ quidem expresse in epistalmate non continentur, tacite tamen in eo latent, quo casu dici nequit contra hoc requisitum peccasse, veluti, quæ ad faciliorem mandati executionem faciunt; arg. l. 2. ff. de Iurisd. quod ipsum etiam in privatorum mandatis observari docent, l. ad rem 16. & l. ad legatum. 62. ff. de procurat. Petr. Franc. de Tondut. tr. de quest. & Resol. Benef. l. 1. c. 32. n. 7. & lib. 2. c. 19. n. 8. Joh. Baptist. Saminiat. *Controv.* 33.

n. 61. Cœlij Bichii *Decis. Rot. Roman. decis. 397. n. 7.*

Cum hoc secundo requisito connexum valde est tertium, scil. Ne aliquid sine Epistalmate in rebus magni momenti faciat.

Si enim facta citra Principis mandatum sunt admodum periculosa, adeo ut eventus facile in grave Reip. damnum vergere potuisset, licet idem feliciter cesserit, non tamen propterea minister erit excusatus, sed potius non levi poena afficiendus, nisi causa alia justa mitigationem poenæ suadeat. Dn. præf. disp. d. Obl. Princeps ex fact. Min. c. 2. n. 50. Facit, huc l. un. C. ne sine iussu Princip. cert. jud. lic. confis. ubi foliummodo

modo excipiuntur in summa administrationis potestate positi; reliqui autem omnes absque iussu Principis confiscari prohibentur, quod intelligunt de *extraordinaria confiscatione*, non de ea, quæ sit in conse-

176 quentiam & a Lege jam dictata est. vid. B.Dn. Brunnem. ad c. l. Solet vero hujus requisiti ratio imprimis haberi in bello, ubi quicquid contra mandatum gestum, was ohne Ordre geschehen/ mox peccatum est. cit. disput. c. 5. n. 2. Quodnam enim negotium majoribus periculis est expositum, quam bellum? ubi magis anceps est & dubia fortuna, quam in proeliis? Hinc tali modo tota Respubl. exponeretur anci-  
piti eventui, quod admittendum non erat. Hinc ne quidem conje-

177 cturam voluntatis, ubi mandatum deficit; valere contendit. H. Grot. d. I. B. & P. L. 1. c. 3. §. 5. n. 3. cum non sufficiat, videre, quid hoc rerum statu summam potestatem habenti, si consulatur, placitum sit, sed hoc magis videndum, quid ille, ubi res moram fert, aut dubiam habet deliberationem, se inconsulto cupiat fieri, si ea de re lex ferenda sit. Hic sine dubio statueretur, ne minister inconsulto Principe ali-  
quid suscipiat summam rerum spectans, uti est bellum offensivum. Conf. Dn. de Pufend, L. 8. de I. N. & G. c. 6. §. 11. Optime hanc sententiam illu-  
strat supra jam allegata l. desertorem. 3. §. 15. de re milit. imo & ex L. Julia Majestatis tenetur, qui in iussu Principis, penes quem jus belli gerendi residet, bellum gesserit, delectumve habuerit, exercitumque comparaverit. l. lex duodecim. 3. ff. ad L. Iul. Maj. Adducta hanc in-  
rem sunt exempla in sepe laudata disp. c. 5. §. 10. tam ex veteri quam moderno rerum statu.

178 Siquidem id apud omnes fere obtinuit Gentes, ne inconsulto Principe aliquid in bello susciperetur. Docent etiam id aperte omnium Regnorum & popolorum jura militaria die Krieges Articuls-Brieße/ quorum potiora digesta sunt in unum volumea sub tit. Corpus juris militaris, ubi in den Königl. Schwedischen Articuls-Briefftie. 11. §. 55. sequentia reperiuntur: Welches Regiment oder Fahnen/ ohne unser oder des Feld-Marschall Vorbewußt und Befeh-  
lig mit dem Feinde in einen Tractat oder Handel sich einläßt/ und die Befehlshabere daran schuldig seyn/ so sollen dieselbe an Chr und Guth/ so auch an Leben gestraffet/ von denen gemeinen Solda-  
ten aber allezeit der zehende nach dem Löß gehencket/ und mit den andern

Andern procediret werden / wie droben beym 49. art. (ubi disponitur, quod debeant fieri infames, & ignominiosam pati dimisionem) anz-  
gedeutet. Es könnten sich denn etliche gnugsam entschuldigen / daß  
sie sich dessen nicht theilhaftig gemachet / sondern mit Ernst dawi-  
der geredet / auf solchen Fall werden sie billich schadlos gehalten /  
und hätten es zu geniessen / wenn etwa Gelegenheit zu deren Besor-  
derung vorfallen würde. Item etiam dispositum in Chur-Branden-  
burg Kriegs-Recht Artic. art. 27. Sic & Christianus IV. Rex Daniae  
constitut art. 27. ne ullus belli Praefectus, cui defensio urbis aut ca-  
stri alicuius commissa, absque Principis seu Regis iussu cum hoste pa-  
ciscatur aut se dedat, er hätte denn deswegen Befehl bekommen / v-  
der auch dasselbe / so lange ihn befohlen worden / gehalten. Hinc in  
necessitate constituti mature hoc indicare debent suo Principi & ejus  
epistalma expetere, denn sonst muß er davor im Krieges-Recht ant-  
worten. Repetitum etiam id ipsum in den Hannoverischen Articula-  
Brieffe art. 59. his verbis: Wer von unsren Officirern / welchen das  
Commando in einen festen Posten von uns anvertrauet worden /  
denselben Orth ohne die höchste Noth und unsre Ordre / da er  
dieselbe haben kan / aufgriebet / und verläßet / der soll das Leben vera-  
würcket haben. Paria traduntur in dem Articuls-Brieff der Reichs-  
Völcker art. 62. Conf. Hug. Grot. L. 3. c. 15. S. 6. ubi idem confirmat, 179  
quod scil. teneatur suæ civitati, qui non iussus in bello aliquid fecit,  
non tamen hosti ad reparandum damnum, quippe cui nullam intulit  
injuriam. Dantur tamen aliquando justæ excusationem cause, wenn 180  
ein Befehlshaber ohne Ordre die Festung aufgegeben / de quibus  
vid. iii. 12. der Königl. Schwed. Kriegs-Artic.

Cæterum idem hic monendum, quod de Legatis supra jam mo- 181  
nitum est. Videlicet sæpe mutato rerum statu aliiquid in bello com-  
mode suscipiendi se offerre occasionem, quaæ tamen antequam Dux  
belli a Principe, eujus auspiciis bellum geritur, epistalma consequatur,  
facile interea evanescere potest, ubi equidem ipsi Ducis nihil imputari  
potest, se excusanti: Er habe keine Ordre zu schlagen gehabt / sed bel-  
li exitus eo ipso impeditior magisque anceps redditur, hinc questionis  
magis politice est, & prudentie militari relinquenda, an consultum  
sempor sit, tam arctis Praefectos belli includere cancellis. Optimum 182  
fatis

satis judicium est, quod in disp. Dni Präf. de Obl. Princ. ex fact. Min. c. 5. n. 18. affertur: videlicet prudentis Principis esse explorare prius fidem & dexteritatem ministrorum militarium, & hac bene probata, liberiorem quodammodo potestatem Duci belli primario concedere, licet ut solemnum aciem absque præcursu Principis ingrediatur, non facile committi soleat. Imo B. Ziegler, ad Grot. L. 3. c. 22. §. 5. n. 2. hoc addit: Rectius Duces nullis certis mandatis instruuntur, sed ex re capere consilium jubentur, quemadmodum Romæ, cum bellum decreatum fuisset, Senatus sibi pacis tantum firmandæ jus reservavit, cætera in Imperatoris potestate erant, dimicare aut abstinere pugna, obsidere urbes, cum obsecsis de vitæ & liberationis incolumentate pacisci, solvere obsidia, & quæ his sunt similia, vid. Förstner ad Tacit. Lib. 1. annal. 10.

- 183 Ad causas magni momenti merito etiam referendæ *criminales*, ubi agitur de vita hominis. Hinc licet Princeps sumimus alicui ex Ministris vel Judicibus concesserit potestatem inquirendi & processuum formandi, potestatem tamen exequendi sententiam sibi vindicare nequit, cum illa Principis ipsius subscriptionem requirat, quo pertinet Volrad Fürstenholds Politisches Gedanken über das eigenhändige unterschreiben grosser Herren P. 2. n. 7. ubi ait: So hat ein jeglicher Regent darin billich feste Ordre zu stellen/ damit in solchen Dingen nichts ohne seinen eigenhändigen Befehl exequiret werde.
- 184 Imo si vel maxime executio demandata sit, tamen & hæc suspensi potest, ubi nova emergit ratio inquirendi, veluti si poena capitali afficiendus, complices quosdam indicet. Proficit enim, legitime de his inquirere, quo provincia purgetur facinoris hominibus, maxime si furum aut latronum colluvies ingens adhuc alicubi lateat, l. congruit. 13. pr. ff. de off. Präf.
- 185 Cum vero dentur aliæ quædam cause, quæ omnino speciale mandatum Principis exigant, præprimis hoc requisitum attendere debet minister, qui in hujusmodi negotio versatur, licet jam generali mandato instructus sit. Pertinet huc, quod sicuti procuratori generali non permisum sit absque speciali mandato transigere, l. transactionis. 7. C. d. Transact. ita nec inconsulto Principe ohne Fürstl. Ordre procuratori Principis transigere licet. l. nulli 13. ff. eod. Imo si venditionis vel
- 186

vel donationis causa quid agat, nihil agit; non enim alienare rem Cæsar is, sed diligenter illam gerere commissum est, l. i. §. 1. ff. de offic. proc. Cæs. & generale mandatum in administrando, non dissipando ipsi concessum, ut hinc tale factum inconsultum Principi non noceat. l. fa-  
ctum, 22. C. de part. Conf. Dn. Präf. diff. de Oblig. Princ. ex fact. min. c. 2. n. 40. Notabile hanc in rem adducit exemplum Wicquefort. 187  
L. i. part. 15. de Philippo Rege Galliæ Legatum ad Regem Castiliæ mittente, qui cum promitteret aliquid nomine sui Regis Regi Castiliæ, se inde non obstrictum arbitrabatur Gallus, opponens: der Ge-  
sante hätte keine Ordre gehabt zu versprechen. Quo vero hujus Regis amicitiam conservaret, ipsum Legatum noxæ quali dedit, & ita factum in consultum Legati punire voluit. Conf. l. 28. inf ff. de part. In causa tamen illiquida, ubi transactio ad conservationem jurium ten-  
dit, valebit, ob er gleich nur generale Ordre gehabt. vid. diff. cit. n. 46. Nam ut bene observat Grot. L. 3. c. 22. §. 2. & 3. obligatur Princeps per eos, quos voluntatis suæ ministros elegerit, sive voluntas illa spe-  
cialiter sit expressa, sive ex ipsa præpositionis natura colligi possit. Et ita hoc casu etiam ex re ipsa obligatur. Qui enim dat facultatem, dat quantum in se est, quæ ad facultatem sunt necessaria. Ex hoc prin-  
cipio etiam dijudicari debet dispositio l. bene a Zenone, 3. C. de quadr. Präscr. quæ eo tendit, ut qui a Fisco emit statim securus fiat, adeo ut illa res a possessore evinci nequeat, sed tantum intra quadriennium ab ipso fisco. Conf. §. fin. l. de usuc. Sed hæc dispositio tamen non habet locum in venditionibus rerum fiscalium, quæ a Principalibus Rationa-  
libus von denen Fürstl. Beamten speciale mandatum ad vendendum non habentibus sunt; nam diserte lex requirit Epistalma, verb: ex e-  
Epistalmate tamen nostro, quæ verba necessitatem legalem satis ostendunt, Conf. Myl. ab Ehrenb. d. Princip. & Stat. Imp. c. 32. §. 3. Franc. de Clapp. ibi cit. qv. 2. ubi Epistalmatis necessitatem pluriib[us] perse-  
quitur. Cum vero hoc privilegium Fisci bonam fidem præsupponat,  
quæritur, si procurator sciverit rem esse alienam, Princeps autem igno-  
raverit, an procuratoris scientia, qui ex ejus epistalmate alienavit, pos-  
sit præjudicare Principi? Sane cum in hoc negotio ex speciali epistal-  
mate vices Principis gerat, & negotium tale tangat interesse Principis,  
scientia hujus habetur pro scientia Principis, & illi præjudicat, l. 14. ff.  
90

*ad Municip. Nig. Cyriac. Contr. for. 331. n. 28. 29. accedente diurnitate temporis aliisque circumstantiis: Petr. Franc. de Tondut. quæst. & Resol. Benef. p. 3. c. 198. n. 7. veluti ubi quis specialiter ad aliquod negotium deputatus. Scientia ergo procuratoris malam fidem in Principe haec tenus parit, ut beneficium fisci hoc cesset.*

Sicuti vero quidam actus speciale epistalma requirunt, ut abs<sup>1</sup> que hoc recte geri nequeant; ita e contrario ad quorundam negotiorum subsistentiam non necessarium est epistalma aliquod speciale,  
 29<sup>2</sup> sed absque hoc recte perficiuntur. Alterum exemplum est in procuratore Cæsaris, alterum in Ductibus belli. Ille acquirit suo Principi, si jussu ejus servus Cæsaris adierit hereditatem opulentam l. i. §. 2. ff. de offic. proc. Ces. Unde cum absque speciali Epistalmate procurator Cæsaris hoc efficere posse, dicitur hoc esse precipuum. Conf. l. si quis mihi 25 §. 2. ff. de acquir. vel amict. her. & l. auferatur. 46. §. 8. de jur. fisci, ubi hoc ita limitatur; ut Cæsari volenti acquirat. Videl. haec tenus mandatum Cæsaris ad adeundam hereditatem non est necessarium, quoties per illam *conditio* ejus sit melior, ubi autem forsitan subest dubium, tantum Cæsari volenti acquiritor. Sed veniamus ad Duces belli. Horum officium maxime ad Epistalma adstrictum esse, tam in bello gerendo quam sumiendo, ex ante dictis apparet. Unde foederæ absque speciali jussu pangere nequeunt. Alia tamen est ratio in Sponsionibus, quoties inter se Duces belli quædam paciscuntur; l. conventionum. 5. ff. de paci<sup>3</sup> 29<sup>4</sup> ut adeo sponsiones a foederibus in eo differant: Foederæ sunt jussu summae potestatis, seu autore eo, qui *τῷ Κέρος* habet. Sponsiones vero sunt, ubi hi, qui a potestate summa mandatum ejus rei non habent, aliquid promittunt, quod illum proprio tangit. Grot. L. 2. c. 15. §. 2. n. 1. B. Dn. Pufend. L. 8. c. 9. §. 12. Excell. Dn. Thomas. disput. de Spons. Caudina Rom. §. 50. 51. B. Dn. Brunnen. ad l. 5. ff. de pati. n. 5. Potest hoc illustrari ex ipso Livio Lib. 9. c. 5. ibi: Coss. profecti ad Pontium in colloquium cum de foedere vixit agitaret, negarunt, *injussu populi* (penes quem residebat summa rerum) foedus fieri posse, nec sine foederalibus ceremoniisque alia solenni. Itaque non ut vulgo credunt, Claudioque etiam scribit, pax Caudina, sed per sponsionem facta est. Conf. Dn. Thomas. l. l. Harum autem Sponsionum usus tunc sese exercit, quoties in mora periculum est, aut jussa Majestatis audiri nequeunt

queunt. Bruan. cl. n. 7. Et haec tenus Duces belli excusationem merentur, quod exercitum ab interitu moraliter certo vindicare & Reip., quae hoc ntititur, consulere voluerat. Ipse tamen Princeps tali sponsione non præcise obligatur, ceu ad caput sequens n. 24. seqq. ostendemus.

Referri etiam hic possunt casus alii, ubi ministri excusantur, si non consulto aut jubente Principe quid fecerint ob imminens grave periculum & Reip. discrimen. Et ex hoc merito limitanda est assertio supra n. 183, de causis Criminalibus adducta, quod scil. nemo sine jussu Principis poena mortis affici queat. Quid enim si vivente inquisito tu-<sup>197</sup>  
multus aliter sedari non posset? l. quicdam. 16. ff. ad L. Cornel. de siccari. si sit latro manifestus, vel sedicio prærupra factioque cruenta, vel alia justa causa, quæ moram consulendi & rescribendi non recipiat? tunc sane punire judices possunt, non poena festinatione, sed præveniendi periculi causa, & deinde rescribere l. si quis filio. 6. §. 9. ff. de inj. rupt. irrit. fact. testam. l. constitutiones. 16. ff. de appellat. l. observare. 2. C. quor. ap-  
pell. non recip.

Succedit denique ultimum requisitum: Ut Epistalmata Mini-<sup>198</sup>  
stri exacte diligenterque exequantur. Certum enim est, aliena  
negotia exacto officio geri debere, nec quicquam in eorum admini-  
stratione neglectum ac declinatum culpa vacuum esse. l. in re mandata.  
21. C. Mand. Quod si ad hoc in negotiis privatorum attendendum; mul-<sup>199</sup>  
to magis Ministri & Officiales exactissimam diligentiam impendere de-  
bent, quippe duplice vinculo ad hoc obstricti (1) epistalmate seu spe-  
ciali mandato Principis obligandi & parendi necessitatem habente; (2)  
obligatione communi omnium civium ad communem utilitatem pro-  
movendam, ad quod etiam Homagio fese obstrinxere. vid. Disp. Dn.  
Præf. d. obl. Princ. ex fact. Min. c. 4. n. 5. Add. l. 2. C. de offic. Civ. mun. l.  
l. de suspect. l. 4. §. 1. famil. herc. Non enim ferendissim ministeri, qui  
desides & resupina cervice tantum titulum gerunt, l. de his 5. C. de Cu-  
stodi. reor. cum boni & innocentis viri officio fungi debeant. l. catere.  
4. §. 1. ff. famil. herc. - Proinde retardari non debet executio mandati,  
quando de justitia & validitate illius constat. Angel. Cell. Decif. Rot.  
Rom. decif. 22. n. 13. Cum enim officium consistat in obligatione faci-  
endi, ea omittere, quæ ad ejus exercitium spectant, dolo proximum est.  
Christoph. Cresp. de Valdaura obs. 98. n. 9.

## CAP. III. DE OFFICIO

Sed cum hic non simus solliciti in genere de negligentia Ministeriorum, de qua fuis Myl. ab Ehrenb. in *Hyparchol.* in specie solummodo de illa videamus, quam adhibent circa executionem Epistalmatum, illa vel plane non exequendo, vel tardius quam licuerat. Poenæ pro varietate circumstantiarum possunt variae statui, wenn jemand die Fürstl. Ordre nicht respectiret / nec una Regula absolví possunt, sed arbitrio Principis determinandæ. Plane si *dolo & ex contumacia* minister reclusat nulla justa de causa exequi jussum sibi demandatum, crimem læse Majestatis videtur incurgere, & eo nomine ex L. Julia teneri. arg. l. 1. C. ad L. Iul. Majest. Si vero ex *oscitantia* duntaxat hoc neglexerit, poena *arbitraria* erit, & solet plerumque Clausula indignationis bey Vermeidung unserer schweren Ungnade vel : so lieb als ihn unsere Gnade ist / epistalmati adjici. Cacheran. Dec. 80. n. 18. Scacc. de Iudic. c. 12. n. 18. Brunn. Iure Ecclesi. Lib. 3. c. ult. §. 3. Myl. ab Ehrenb. de Princ. & Stat. Iusp. p. 2. c. 4. §. 2. lit. b. ubi Dn. Präf. in publicis ad hunc autorem prælectionibus annotavit, determinationem der Ungnade capiendam esse partim ex qualitate facti a Principe injuncti, an ex ejus omissione damnum redundare posse in Rempubl. aut altum privatum: deinde ex qualitate contumacie, an aliquam causam habeat probabilem non facta partitionis, qualis in jure nostro est, si Princeps quid severius mandet, ex cuius executione damnum irreparabile metui posse, ubi executio per 30. dies suspendenda, vid. l. 20. C. de pœn. de qua materia supra jam actum.

Unde patet, temperamento hic opus esse, nec statim poenis subjicendum, qui non statim absque omni mora epistalma sui Principis executus est. Hactenus enim dicta procedunt, ubi justa causa differendi & rescribendi Princi & secundum jussum expectandi Officialis destituitur. Sæpe enim quid mandat Princeps, ex quo tamen officialis facile judicare potest, hanc Princi sententiam esse amplius non posse, sed illum vel non satis informatum, vel statum rei non exacte nosse, hinc omnino tali casu incumbit officiali, ut ulteriore jussum expectet, quo hoc accepto securius voluntatis sui Principis executor esse queat, nec contra voluntatem ejus agat, voluntatem ejus implere conando: certiorandus ergo ante executionem mandati Princeps de impedimentis, quæ occurruunt. Hector. Capycii Latri Decif. noviss. deif. 170. n. 3.

Hinc

Hinc jam coronidis loco quedam annexenda sunt de secundo  
aut tertio iussu. Notum vero est, quod Rescripta semper presupponant 104  
Preces, & sic in se semper contineant tacite clausulam: si preces verita-  
te nitantur, adeoque sub- & obreptionis exceptioni aliquando locus  
sit. Sic & mandata seu epistalmata ut plurimum emanant ex relatio-  
ne alicujus ministri vel ejus suggestione; hinc eodem modo in se ha-  
bore videntur clausulam: si relatio veritate nitatur. Unde si probabi- 205  
liter ex circumstantiis dijudicari pos sit, mandata nisi falsa alicujus sug-  
gestione, non sunt statim executioni tradenda, sed rescribendum. Prin-  
cipi, & ulterior iustio expectanda, praesertim si Princeps contra jus quid  
mandaverit. Non praesumitur enim Princeps velle aliquid contra jus  
statuere, & si quid contra illud mandaverit, praesumitur potius per am-  
bitiosam importunitatem alicujus factum, c. qui per ambitiosam. f. X. de  
Rescript. in 6. l. 1. C. de petit. bonor. subl. lib. 10. Gail. 2. obs. 58. n. 9. pra-  
esertim cum nec omnium memoriam habere possit. Sane ipse Impe- 206  
rator in Nov. 87. c. 4. jussus iniquos & præcepta etiam solemni forma-  
edita non vult esse observanda, nec ex eis aliquid agendum, antequam  
secundam præceptionem acceperit, biß er andere Ordre erhalten.  
Conf. Nig. Cyriac. Contr. for. 59. n. 13. Hect. Capyc. Latri. Decis. noviss.  
decis. 174. n. 5. & decis. 191. n. 31. Imo in Nov. 82. c. 13. tales iustiones,  
quæ sunt contra Leges, non attendi debere, præcipitur, sed potius le-  
ges sequendas, cum Princeps id velit obtinere, quod ejus Leges vo-  
lunt. Et in Novell. 113. d sposuit Imp., ne lite pendente iustiones Princi-  
pium attenderentur, quæ judici injungerent, aliter causam esse tractan-  
dam, quam per jus commune liceret. Conf. L. Rescripta 7. C. de pree. 207  
Imper. offer. l. fin. C. si contra jus vel util. publ. Unde Reges Ægyptio-  
rum Judices suos jurejurando adigebant, ut si quid juberent, quod in-  
justum esset, nullo modo id exequenterentur; & TIBERIUS CASAR dixi-  
se fertur: Si quid contrarium Legibus per epistolam jussero, obsequi  
nolite, sed me ignorantia lapsum creditote. De ANTIOCHO TERTIO  
Asiae Rege referunt Gail. 2. obs. 58. n. 10. & Mar. Giurba decis. 47. num. 3.  
quod omnibus suis urbibus scriperit, ut si quid in literis, quæ ejus no-  
mine scriberentur, esset, quod Legibus adversari videretur, crederent,  
ignaro se hujusmodi literas scriptas fuisse, & propterca eis non pare-  
tent. Idem quoque de AGESILAO Rege idem refert. Pertinet huc c. si  
quando

*quando. 5, X. de Rescript. quod scil. in tali casu qualitas negotii, quod demandatum est officiali, diligenter sit consideranda, & ita aut mandatum reverenter adimplendum, aut rationabilis causa alleganda, quare non adimplere posse iustum.*

- 208** Quo circa licet domania alienari nequeant, etiam si vel maxime rationalis iussionem Principis pro se habeat, tamen teste Fabro in C. L. 3. tit. 22. def. 11. invaluit, ut plerumque alienationes istae admittantur, si tria Principis iusso urgeat, quae rationalem a jurisjurandi, quod ad eam rem pertinet, observatione liberat & eximit. Ex quo idem infert, ex pluribus emitoribus non cum praeferriri, cui res prius vendita, sed cum demum, qui prius trinam illam iussionem a Principe impetravit. Adscribunt enim secundæ iusioni efficaces effectus, veluti, quod habeat vim clausulæ: *ex certa scientia*, ut adeo omnis excludatur præsumtio sub & obreptionis. Nam ex actum geminatione certa scientia & voluntas colligitur: Petr. Franc. de Tonduti in tr. de quaſi. & Resol. benef. lib. 1. c. 62. n. 11. It. clausulæ: *non obſtante*, quo ipso apparet, Principem voluisse, destinato consilio a juris communis Regulis abscedere; & denique clausulæ *motus proprii*, vid. Ludov. Rudolfin. de Sabloneta de Absol. Princip. pot. c. 3. n. 11. Gail. 1. obſ. 35. n. 6. Everhard. a Middelb. loc. topic. a conjunct. seu combin. duarum Legam. n. 6. etiam si non expressæ sint. Arismin. Tepat. Decif. tit. 48. c. 2. quod tamen intelligi debet, dummodo in secunda iustione sit facta mentio de prima. M. Anton. Peregrin. tr. de jure fisc. L 1. tit. 3. n. 39. in f. Jason. in l. nec dannoſa. n. 6. inf. C. de prec. Imp. offer. Cæterum sicuti rescripta hisce & similibus Clausulis vallata tollunt quidem præsumtionem sub & obreptionis, non tamen removent probationem sub & obreptionis; Dn. Praef. Disp. de Motu proprio ita quidem epistalma repetitum inducit præsumtionem animi satis deliberati Principis, & quod haec tenus tuto exequi minister potest, ut excusatetur: interim tamen non excluditur probatio: daß die confirmirte Ordre aufz annoch ungegründeten præsuppositis beruhe/ ita ut circumstantiis id suadentibus, fidelis minister rurus Principi reſcribere & causas, cur mandatum hoc non posse exequi, allegare debeat.
- 210** Eodem modo secundum epistalma requiritur, ubi dubium oritur, ob dieses oder jenes mit in der Ordre begriffen / nam partibus, quas

quas mandatum hoc tangit, contradicentibus, nihil eutius est, quam executionem differre & secundam expectare iussionem. Accidere id potest in Commissariis, ubi propter partium contradictionem de commissa Jurisdictione dubium suboritur, ob der Commissarius von seinen gnadigsten Herrn Ordre habe/diesen oder jenen Punct mit zu schlichten. nam tunc secundam iussionem, ut vocant, impetrare solet, vide Gail. 1. obs 35. n. f. imo & appellatio tali casu permitta est. Id. c. l. n. 4. & hoc casu praeceps standum secundo precepto, nec admittitur ulterior Contradiccio. Denique ubi epistalma publicæ utilitati quam maxime adversatur, non statim est ei obedientum, sed etiam secunda iussio expetanda. Petr. Ant. de Petr. de jur. ques. per Princ. non toll. c. 24 n. 40. modo accurate minister dijudicare queat, quidnam utilitati publicæ adversum sit. 212

## CAPVT IV.

DE

## EPISTALMATIS EFFECTU.

## SUMMARIA.

- E**ffectus epistalmatis in Principe redundat. 1.  
Primus effectus scil. imputatio. 2.  
Quid Imputatio in moralibus? 3.  
Qua ratione effetus imputetur? 4.  
Quomodo iussus imputetur? 5.  
Quatenus acquiratur per liberam personam. 6. 7.  
Applicatur ad ministros & Legatos, 8. 9.  
Imputatio ex iussu LL. deducta. 10.  
Applicatio. 11.  
Factum Ministri, Factum Principis. 12.  
Quatenus Princeps ex epistalmate
- obligetur. 13.  
Ut Princeps alteri Principi inde obligetur, quid requiratur. 14.  
Legati absque mandato non admittuntur. 15.  
Quisnam effectus epistalmatis generalis. 16.  
Quisnam arcani. 17.  
Limitatio. 18.  
Non admittitur Legatus cum generali mandato habente clausulam: servata instructionis forma. 19.  
Aliquando ad obligandum Principem mandatum speciale exigitur. 20.
- Effectus

72

CAP. IV. DE EFFECTU

Effectus mandati limitati. 21.

Princeps tenetur ad ratificationem.

22.

Imputatio delictorum. 23.

Effectus Sponsionum. 24.

Quid requiratur, ut obligent Principem. 25.

Unde ratibabitio hic colligatur? 26.

Ad quid teneantur sponsores? 27.

Quid si epistalma respiciat proprios subditos? 28.

Declaratio. 29. 30. 31.

Quomodo ex delicto ratione subdivisorum? 32.

An Principis sint omnia? 33.

Epistalma inducit jus quasitum. 34.

Habet effectum legis. 35.

Effectum juris inducit & supplet defectus, & actus ipso jure nullos sustinet. 36.

Declaratur exemplis. 37. 38. 39. 40.

41.

Liberat a mora. 42.

Quoniam hic requirantur. 43.

Applicatio ad depositum. 44. 45.

An debitor iussu Principis debitum exsolvere prohibitus, liberetur ab usuris? 46.

Decisio. 47.

Quatenus excusat apena conventionalis? 48.

Quatenus a pena legalis? 49.

Declaratio. 50. 51. 52. 53. 54.

An Princeps Legato exequenti ius sum teneatur ad indemnitatem ratione casus fortuiti? 55.

Decisio. 56.

Epistalma aliquando habet effectum paucæ. 57.

Factum Principis habetur pro casu fortuito. 58.

Epistalma habet effectum casus fortuiti. 59.

Declaratur ex l. 11. de Evict. 60.

It. ex l. 33. ff. locat. 61.

Epistalma operatur iustum metum.

62.

An pariat restitutionem? 63.

Declaratur. 64.

- 1 **Q**uoniam Epistalma plerumque causam ipsius Principis respicit, conveniens est, ut quoque effectus der exequirken Ordre in ipsum redundant. Palmarius enim effectus consistit hic in Imputatione seu obligatione Principis ex Epistalmate suo, de qua cum jam peculiari dissertatione Dn. Präsidis fuisus sit actum, ego saltim hujus materiae summa delibabo capita, & fundamenta ejus demonstrabo, B. L. in reliquis ablegans ad d. dissert. de oblig. Princeps ex fact. Min. Ex 3 moralibus constat, per imputationem effectum productum alicujus actionis ab alio patratæ habeti, tanquam ad eum pertineret, cui imputatur,

## EPISTALMATUM.

73

tatur, vel illum, cui imputatur, pro *auctore* haberi, licet alius egerit. Unde per *participationem* constitutur in causa moralia, & inde obligatur. Quia vero ea ratione effectus alii potest imputari, partim *primario*, partim *secundario* maxime respiciendam est, quatenus ille, cui imputandus effectus, concurred ad actiones alienas, quos modos recensuit & illustravit Dn. Praef. *Disp. de Im. ut. fact. alieni. Conf. B. Dn. Pufendorff de J. N. & G. L. t. c. s. §. 14.*

Inter illos merito prium sibi vindicat locum *jussus*. Nam principalis causa actionis ab alio *immediate patrata* habetur, qui *jubet* a liquid fieri ab eo, qui ipsius imperio est subjectus, Pufend. c. l. & si constat de voluntate nostra, per alterum æque obligamur, ac per nosmet ipsos; Grot. L. 2. c. 11. §. 12. n. i. cum alius nostri consensus sit tantum interpres ac internuncius. Evidem de jure Civ. notum, quod per liberam personam, quæ alterius juri non est subjecta, nihil acquiri possit; l. i. C. per *quas person*. adeo ut non detur principali *actio*, nisi illa prius a procuratore cessa fuerit, exceptis quibusdam casibus, ubi utilis sine cessione competit. Vid. Hahn. ad W. de *procurat. n. 8.* In præsenti tamen materia jus hoc *acquisitæ obligationis* non metendum præcise ex jure Civili puto, nec has subtilitates hic attendendas, præsertim cum & jure Civili probe separari debeant *nuntiit a Pro curatoribus*. Per hos enim non acquiritur, nisi *cessis actionibus*: per illos vero quis *ipse contraxisse* videtur, cum *nuntii tantum voluntatem nostram exponant*, ipsi vero non gerant, non contrahant. Et his nunciis in plurimis casibus comparari possunt Legati ex epistalmate agentes, qui & proinde *Nuncii appellari* solent, quamvis non negandum, quod & in pluribus Procuratorum spartam obtinere videantur. Sed tum magis ad illa confugiendum jura, quæ de *Institutoribus*, *exercitoribus*, de *jussu agunt*; præsertim cum per *talem personam* hic negotia peraganter, quæ *Principis juri est subdita*. Hinc officialis vel Legatus directo *jus suo Principi acquirit*.

Cæterum & hæc imputatio ex *jussu* accurate in Legibus nostris observata est. Sic enim Iavol. in *Liber homo. 37. pr. ad L. Aquil.* re<sup>10</sup> spondet, si *jussu* alterius *liber homo* manu *injuriā dedit*, *actionem L. Aquilæ* cum eo esse, qui *jussit*, si modo *jus imperandi* habuit. Et si *jussu* patris filius tacitam fidem interposuit, non debet, id *filio nocere*,

K

quia

## CAP. IV. DE EFFECTU

quia parendi necessitatem habuit, l. 10. §. 2. ff., de his que ut indign. & de jecisse videtur, qui ius sit, l. 1. §. 12. de vi & vi arm. Conf. l. si patet. 12. que in fraud. cred. ibi: videbitur ipse fecisse. l. 152. §. 2. d. R. f. l. 169. pr. cod. ibi: is damnum dat, qui iubet dare. l. 1. pr. ff. quod iussu l. non solum. 11. si mandatu meo. 3. ff. de injur. c. 72. d. R. l. in 6. c. 6. X. de sentent. excom. l. furitum esse. 7. §. 4 ff. arbor. furt. ces &c.

**11.** Ex hisce praesuppositis jam conclusio in hac materia erit facilissima, scilicet, quod actio Officialium ex epistalmate gesta imputetur ipsi Principi, & quod ex suo iussu obligetur. Conf. Cyriac. Contr. For. 647. n. 18. Joh. Francisc. Andreoli Controv. for. 56. n. 24. & Contr. 288. n. 22. seqq. ubi plura hoc pertinentia suppeditat, Grot. L. 3. c. 22. §. 2. infra ubi specialiter de officialibus ex speciali præpositione agentibus, quantum Principem obligent, agit. Collimat huc l. 1. pr. ff. de offic. proc. Cas. quæ acta gestaque sunt a procuratore Cæsaris, sic ab eo comprobantur, atque si a Cæsare gesta sunt, ex quo Dd. axioma sequens tradunt: *Factum Ministri est factum Principis*, seu: Princeps omnia sua facit, quibus autoritatem impertitur propriam. Joh. Baptist. Sammat. Contr. 29. n. 39. Unde & in l. procuratoris. 5. pr. ff. de tribus. act. dicitur: procuratoris scientiam & colum nocere debere domino, scilicet in his, quæ ipsi expresse sunt mandata. vid. Myl. ab Ehrenb. de Prince. & Stat. Imp. c. 41. §. 4. Disput. supra alleg. Dn. Praef. c. 2. §. 3. seqq. ubi hæc plenius declarantur.

**12.** Cum vero hic non agatur de quovis facto ministri, sed de talibz, quod iussum Principis præluponit, necessarium erit, ut offendamus, quomodo & quatenus ex executione Epistalmatis Princeps obligetur. Videl. Epistalma vel respicit negotium cum extero Principe ineundum, vel proprios subditos, aliosve privatos. Quoad priorem casum, omnino hic ad obligationem Principis ex iussu oriundam requirimus: Ut minister ex ipso Epistalmate egerit. Sicuti enim in exercitatore non ex omni causa dat actionem, sed ejus rei nomine, cui præpositus fuerit i.e. si in eam rem præpositus sit, l. 1. §. non autem. 7. ff. de exerc. act. & sic præpositio certam legem dat contrahentibus, quem modum si egressus fuerit magister, non obligabit exercitatem l. c. §. 12. eod. Idemque juris in quolibet institore est l. 1. §. non tamen. 11. ff. de instir. act. ibi: duntaxat ad id, quod eum præpositus

## EPISTALMATUS

75

*Sicut conf. I. II. §. 5. eod. quin imo dominus catenus tenetur, quatenus ius sit. I. dominum 3. ff. quod iussu, & mandati actio non competit, cum non antecesserit mandatum: t. ex mandato. 20. §. 1. ff. Mand. conf. H. Grot. d. I. B. & P. L. 3. c. 22. §. 4 n. 1. ita & minister Principem non aliter obligabit, quam si ex epistalmate ejus egerit. Unde etiam experientia docet, legatum non aliter admitti ab extraneo Principe, quam si per literas Credentiales mandatum sui Principis doceat, non quidem semper speciale, cum ut plurimum generaliter concepi soleat: ut scilicet legato plenaria fides habeatur, & ob eo gesta in hoc vel illo negotio reputentur, ac si a Principe presente gerantur. vid. disp. d. Obl. Princeps ex fact. Min. c. 2. n. 13.* Sed hoc epistola generale hunc præcipue effectum habebit, ut Princeps ex facto sui Ministri in causa, ad quam missus est, obligetur, etiam vel maxime legatus contra privatam instructionem quid commiserit, cuius notitiam non habuit Princeps, ad quem talis Legatus missus. Hinc Grot. L. 2. c. 11. §. 12. insit: *In generali propositione accidere potest, ut nos obligemus, qui propositus est agendo contra voluntatem nostram, sibi soli significatam, quod ultius declarat B. Dn. Pufend. lib. 3. c. 9. §. 2. in f. ut scilicet Princeps per arcana mandata quidem obstringat Legatum, ne ab his discedat, & si transgressus ea fuerit, teneatur suo Principi eo nomine: Extraneo autem Principi eo nomine obligetur ad id, quod ab isto fuit actum: aliоquin nunquam tuto cum legato contrahi posset. Hoc tamen merito limitatur, modo alter Principum bona fide & absque omni corruptione & fraude cum ipso egerit, vel tale negotium a Legato gestum, quod ipsi a mittente commissum non esse, probabiliter scire poterat. cit. diff. Da. Praef. c. 2. §. 27.*

*Quæ cum ita sint, non solet admitti a Principe, ad quem missus est legatus, generale mandatum, quod annexam habet clausulam: servata instructionis forma; eo ipso enim omnis expiraret obligatio Principis, cum ubivis prætendere posit, Legatum contra epistalma suum egisse Vid. Wicques. cit. tr. lib. 1. partit. 16 Imo aliquando non sufficit mandatum generale, in rebus ardui momenti, sed requiritur, ut si Principem suum ex factis suis obligare velit, dirigatur Mandatum insimul ad ipsum actum expediendum a Legato, v. g. si Principis nomine aliquid promittat, ne postea Princeps opponat: der Gesante hätte*

21 keine Ordre noch Vollmacht gehabt / etwas zu versprechen / quod  
exemplio commodo illustrat Jd. *ibid.* Conf. III. Dn. de Rhetz. *Instit.*  
*Iur. publ. lib. 3. tit. 7. §. 3.* Cæterum si mandato ipsius legati insertum,  
wie weit der Gesante Ordre habe zuschliessen : tunc absque omni  
dubio non obligabit Principem suum, si non ex epistalmate suo egerit  
& alter princeps, quocum egit, sibi imputet, quod scienter contra epi-  
stalma Legati ipsi haud ignotum processerit, veluti si ita sit limitata po-  
testas Legati: daß der Fürst in der Vollmacht die Ratification ihm  
vorbehalten habe. Illustr. Dn. Rhetius *loc. cit.* §. 2. Nam tunc gesta  
non absolute obligabunt Principem, und können die Tractaten nicht  
unterschrieben werden / wenn der Abgesante nicht mit einer Flährern  
und zulänglichen Ordre versehen ist. Wicques *l. ambass. c. 1.*

22 Hæc ita obtinent in negotiis & Belli & pacis, imprimis in *ineunda pace*, ubi omnia per internuncios fieri solent, ceu nupera pacifi-  
catio Ryswicensis ostendit. Ibi enim ex horum subscriptione obligatur  
Princeps quamvis forsitan hæc subscriptio contrarietur privata instruc-  
tioni. In delictis jussu Principis commissis idem erit dicendum, cum  
23 & hoc Principi imputari debeat, etiam ut *contra* cum procedatur ad  
pœnam a Camera vel toto Imperio.

24 Cæterum ubi absque omni epistalmate egerit minister, tota ob-  
ligatio dependebit a ratificatione Principis; id quod commode illu-  
strari potest ex supra dictis de sponzionibus Ducum belli, quarum ef-  
fectum hic reservavimus. Videlicet si Princeps ex suo epistalmate fir-  
miter obligatur, evidens est, aliam esse fœderum, aliam sponsonum  
rationem. Illa ipsi imputantur, ac obligant eum ex jussu; haec vero non,  
deficiente jussu. Unde Posthumius ad Romanos: *Injussu populi nego*  
*quicquam sanciri posse, quod populum teneat.* Et alibi: *Hoc nihil spo-*  
*pontis, civem neminem pro vobis spondere jussisti;* nihil ergo vobis  
nec nobiscum est, quibus nihil mandasti, nec cum Sennicibus, cum qui-  
bus nihil egisti. Grot. d. I. B. & P. L. 2. c. 15. §. 16. n. 1. & lib. 3. c. 22. §. 7.  
25 Ut ergo obligent, requiritur *ratificatione* Principis, quam subjugere  
ex equitate solent, modo conditions sint tolerabiles, & circumstan-  
tiae ostendant, non initis sponzionibus totam provinciam in discrimen  
sumnum fuisse adductam, ex quo fonte merito incusandi sunt Romani,  
quod

quod Caudinam sponsonem ratihabere noluerint. Conf Disp. Dn. Thomas. de spons. Caud. Pufend. de I. N. & G. L. 8. c. 9. §. 12. Tunc ergo ratihabitio jussus instar est, eundemque effectum nanciscitur. Quemadmodum vero jussus *instructionem* requirit certam; ita statim 26 appareat, quod illa ratihabitio ex sola notitia vel scientia Principis colligi non possit. Ubi enim epistalma certum requiritur, ibi non sufficit conjectura voluntatis, quæ ex silentio patientiaque alias colligi solet; conf. Brunn. ad l. 5. ff. de pac. n. 15. nisi forsitan actus talis accesserit, qui necessario ratihabitionem involvat. Grot. L. 2. c. 15. §. ult. n. 2. ubi n. 3. id exemplo declarat. Ad quid nam vero sponsores teneantur eo 27 casu, ubi sponsonem Princeps ratihabere recusat, hujus loci non est latius deducere, & possunt hac de re videri supra in capite anteced. in hac materia cit. Dd. n. 194. Imprimis vero Dn. Præf. Disp. de oblig. Princ. ex fac. Min. in fin. & Excell. Dn. Thomas. disput. duplici de sponso Caudina & Numantina.

Quodsi Epistalma respexerit proprios subditos aliosve privatos, 28 tunc itidem in Principem redundant effectus eorum, quæ ex ejus Epistalmate gesta sunt. Unde & omnia quæ fiunt auff Ordre des Fü-  
sten/ censentur ab ipso Principe facta, sive epistalma respiciat causam licitam sive illicitam. Sic enim omnes alienationes de aula proceden-  
tes, (dummodo domania non respiciant, sunt enim hæc in aliena-  
bilis) faciunt securum possessorem sive per ipsos Principes, sive per-  
procuratores ex horum Epistalmate assignata fuerint, ita ut etiam hoc  
casu pateat omnibus aditus, intra quadriennium actionem de iis contra  
ipsum Principem movendi, ceu fusi exponitur in L. bene a Zenone. 3. C.  
de quadr. præfir. Eadem ratione obligatur Princeps, quando ex jussu 30  
ejus contraxerit privatus cum officiali seu ministro, ubi commode ap-  
plicari possunt iura superius de Institutoribus adducta; imo sicuti pro-  
curatoris officium in hoc consistit, ut exacte sui Principalis mandata seruet; ita & Principem suum ultra obligare nequit, quam fines Epi-  
stalmati admittunt. Cauti proinde omnino sint contrahentes, scien- 31  
tes se contrahere cum officiali Principis ex ejus Epistalmate, ut fines  
ejus antea explorent, nec temere nudæ assertioni officialis, se epi-  
stalmate instructum esse ad hoc negotium, credant, ne postea eis im-  
putari possit credulitas. vid. Disp. Dn. Præf. cit. c. 2. n. 35. quod im-

primis observandum in tali casu ubi actus expediendus; qui *speciale* mandatum Principis præsupponit: velut si de transactione cum Principis procuratore incunda agatur, quæ inconsulto Principe fieri nequit l. 3. ff. de transact. i. e. sine speciali mandato. Gothofr. in not. ibid. lit. f. Sic nemo aliter discussor i. e. disceptator rationum fiscalium & publicarum ab aliis tractatarum, intelligi debet, quam ex jussione Principis specialiter discussionis facientis mentionem. *L. nemo fiat. fin. C. de discuss.*

- 32 Cæterum quin & delicta ex epistalmate commissa Principi imputentur, dubium esse non potest, ut *vel* exemplum Davidis Utriam occidi jubentis docet, cuius epistalma referuntur *H. Reg. XI. 15.* Unde & *c. XII. 9.* adeo ei effectus imputatur, ut dicatur homicidia. Merito ergo si per epistalma ejus damnum alteri sit datum, si jus tertii laesum, tenetur Princeps ad damnum resarcendum. Nam futilis est ab blandientium quoruadam sententia ex *l. bene a Zenone. 3. C. de quad. prescript. vers. que enim differentia.* deducere conantum, quasi omnia Principis esse intelligentur, & ita damnum inferre non censetur; cum tamen evidentissime solum in lege agatur de *bonis fiscalibus & patrimonialibus.* Ferocem hanc Adulatorum sententiam pie sic eludit Tertull. *Lib. de Idololatri.* *Quid erit Dei, si omnia sunt Caesaris?* vid. Gothofr. in not. ad cit. *l. lit. c.* Plura addere superfldeo, cum pleraque ad obligationis materiam pertinientia jam fusissime sint excusia in sepe laudata disp. *Dn. Præf. d. Obl. Princ. ex fact. Min.*
- 34 Jam ad ulteriores effectus properabimus, & quidem ratione ejus, quem tangit Epistalma. Hic (1) epistalma Principis effectum quendam singularem inducit, ita ut is, cuius favorem maxime respicit, inde *jus quaesitum* aliquando nascisci posit; eodem fere modo, quo *Rescripta Gratiae* sunt loco tituli, & *jus quaesitum* præcanti tribuunt. *Conf. Dd. ad rit. X. de Rescr.* Exemplum solenne est in his, welche Ordre zu werben bekommen. Nam Generalis & Colonellus, ut vulgo ajunt, quis mox est nach erhaltenen werbungs Patent. Unde si ad duos vel tres alia epistalmata emanaverint, prærogativam ordinis seu præcedentiam sibi optimo jure vindicabit, der am ersten die Ordre zu werben erhalten arg. *S. 5. I. quibus mod. jus. p. p. solv. verb. illico imperialibus Codicillis præstito.*

Deinde

Deinde (2) habent eff. *etum Legis*. Sicut enim quod Principi plaret, legis habet vigorem; §. 6. I. d. I. N. G. & C. ita & epistalmata necessitatem continent, tam quoad personam exequentem, quam quoad alios ne exequenti epistalmata resistant, quod ex supra dictis satis perspicuum esse puto.

Porro (3) effectum juris inducunt; quo ipsi sit, ut a Piratis different die Caper/ qui autoritate publica instructi sunt, sic habent Dre zu capere / & sic participes sunt juris belli, indeque eodem modo ut alii captivi tractantur, cum contra pirate suspendi soleant, quia privato ausu prædam maritimam captant. Dn. Praef. in not. ad Lauterbach. tit. de Leg. Rhod. de jact. verb. *Piratis*. Inde quoque est, quod ea negotia, quæ tanquam contra jura gesta alias fuissent ipso jure nulla, hoc ipso sustineantur. Nam vim definitivæ sententiae & rei judicatae habere dicuntur. Unde actus sine omnibus solennibus valet, quoties explicatur vigore mandati vel specialis commissionis, quia exequens repræsentat ipsum Principem. Joh. Francisc. de Ponte *conf. 53. num. 13. 14.* Imo recte uni ex pluribus heredibus solvit depositum, qui jussu Principis solvit. *I. Si stipulatus. 81. §. 1. de Solution.* Sic bona fidecommisso obnoxia alienari non posse expediti juris est; *L. f. §. 2. cum auth. res que. C. de Legat. l. 61. §. 1. de Legat. 2. idque ex natura rei, quæ plane alienationi repugnat. Knipschild. de fideicomm. e. n. n. 8. adeo ut omnis alienatio de talibus rebus facta ipso jure nulla sit, l. 69. §. 3. l. 77. §. 27 l. pen. §. 15 de Leg. 2. l. f. C. dereb. alien. non alien. & sic nec transactio de hilce bonis subsistat l. 3. pr. §. 1. de transact. Knipsch. c. l. n. 90. cum ei, qui prohibetur alienare, prohibitum etiam sit transigere. Valida tamen est transactio, quoties ex Superioris Epistalmate sit; quamvis enim quis non posuit invitus compelli ad compromittendum & transigendum, arg. l. 14. C. de contrah. emt. hoc tamen non procedit, si inter personas insignes sit lis multum intricata, ut diu duratura, & sic ex litis prosecutio rixa & scandala oriri timeantur, tunc enim ad transigendum quis potest compelli. Knipschild. e. l. n. 101 102. nec hic protestatio jus protestanti alias competens conservabit. Vid. Diff. Da. Thomas. de Protest. jus protest. non conf. rv. 6. 4. §. 1.*

Ob eandem rationem Princeps, ut causam ordinariam etiam in

## CAP. IV. DE EFFECTU

vitis partibus summariter & sine strepitu tractent, mandare potest. Vid. Brunnem. *Proc. Civ.* c. i. n. 27. eo imprimis casu, quando turbarum & seditionis metus subest: tunc enim non solum necessitas, sed & æquitas postulat, ut manu potius & imperio Principali, quam jure & processu ordinatio res componatur. Schrader. Von der Fürsten und Herren Machtprüchen c. 3. S. 1. *Conf. l. Constitutiones* 16. de Appellat.

39 Porro expediti juris est, minori abaque curatoris consensu hand recte solvi, adeoque non liberari debitorem; §. ult. I. quib. alien. lic. vel non. imo nec hujus consensus sufficit, sed judicialis sententia solutionem præcedere debet: *I. sancimus.* 25. *C. de admin. tut.* si tamen jussu Principis ad solutionem compulsus sit, securus est debitor solvens, nec minor in integrum restitui volens auditur. *I. ait. Prætor.* 7. §. 2. ff.

40 de Minor. Circa alienationem rerum immobilium idem contingit, quæ quidem ex voluntate Tutorum vel Curatorum simpliciter non pendet, jussu tamen Superioris sustinetur. *I. sed si pecunia* 3. §. 1. ff. *de reb. cor. qua sub tut. vel cur. conf. I. non est mirum.* 26. §. 1. *de pignor. action.*

41 Denique quamvis depositio certis requisitis constare debeat, ut valida sit, & effectus juris fortioratur, quæ referuntura Carpzov. 5. *Resp. 99.* supplantur tamen illa omnia per jussum Superioris. Licet enim cessante solemnitate oblationis & ob-signationis tota depositio invalida sit, tamen si a Principe jussus pecuniam deponere, paruit, tota depositio legitima erit, legitimosque habebit effectus. Carpz. 5. *Resp. 101.*

42 Unde jam (4) novus oritur Epistalmatis effectus, quod a mora liberet, & alias excusat, ne vel poenam vel usuras aut interesse, vel periculum præstare teneatur, cum nihil ei possit imputari. *I. 169. de R. I.* nec dolo facere videatur, *I. non videntur.* 167. §. 1. *de R. I.* adeo ut jussum Principis etiam a perjurio excusare afferat Berlich. *P. I. Dec.* 25. n. 5.

43 Tria vero omnino hic supponuntur, ut effectus jam indicatus procedat: 1.) ut præcipiens sit talis, qui justum posuit inferre metum. 2.) Præceptum sit poenale. 3.) Ut jussus non sit procuratus i. e. ut ille, qui ita jussus quid fecit, non sponte, sed coactus fecerit, omnemque adhibuerit diligentiam ad avertendum a se præceptum. Quam autem diligentiam adhibere debeat ne solvat, judicis arbitrio relinquitur. Et satis excusatus est, si ipse mandatum poenale ostendere possit. Menoch, *Q. J. A. casf.* 137, n. 30. Hæc tria ubi concurrunt, plane coactus quis

## EPISTALMĀTUM

81

quis fecisse merito dicendus est. Conf. Fachin. *L. t. conf. 22. n. 14.* Car-  
 pzov. *s. Resp. 101. n. 14.* Applicari haec possunt ad casum præcedentem  
 de deposito allatum, ubi quidem alias cessantibus legitimis requisitis  
 periculum ex mora in deponentem redundat: Jussus tamen effectum  
 moræ tollit, ut non videatur in mora fuisse. Quocirca si forte apud 44  
 sequestrem res deposita pereat, vel is solvendo non existat, deponens  
 tutus erit a periculo, quia liberatur ab usuris & interesse, *l. cum qui-  
 dam 17. §. 1. l. moram fieri. 32. §. 2. de usur.* & fruct. id quod illustrat Car-  
 pzov. cit. *Resp. 101.* subiecto responso: Da, aber dennoch euren Bes-  
 richt nach auf vorhergehende Churfürstl. gnädigsten Befeh-  
 lig und gethanes Straß-Verboch das depositum vñ euch ge-  
 schehen / dessen ihr / wie sehr ihr auch hierüber bemühet gewesen /  
 euch nicht entbrechen können / sondern dazu genothdränget wor-  
 den / so so möchtet ihr nunmehr zu keiner fernern Auszahlung nicht an-  
 gehalten werden / sondern ihr wäret durch das beschehene depositum  
 von der Schuld gänzlich befreyet. *D. R. W. Conf. Gl. in l. ait*  
*Prætor. §. permititur. verb. imputandum. d. Minor. l. Paulus Callinico.*  
 27. *S. f. ff. de Legat. 3.* Unde etiam si pecuniam depositam jussu Supe- 45  
 rioris alii exsolvat depositarius, excusat. Berlich. *P. i. dec. 54.* Brun-  
 nem. *ad l. fin. ff. de L. Commiss. in f. vel etiam si non restituat.* Alias sane  
 ratio est privati cujusdam hominis jussus; hujus enim protestatio non  
 potest remorari vel impedire restitutionem depositi ob privilegium  
 deposito tributum. Vid. *l. si quis. 11.* & autb. sed jam cautum est. *C. de-  
 pos.* Refert etiam hoc Carpz. *p. 2. C. 30. def. 24.* quod debitor, qui jussu 46  
 Principis debitum exsolvere prohibetur, liberetur ab usuris & interesse.  
 Hoc tamen non simpliciter accipendum esse, patet ex iis, quæ latius  
 deduxit Finckelthaus. *obf. 19.* cum jussus talis sit stricti juris: Jam jussus 47  
 de sola solutione non facienda conceptus fuit, nihilque de usuris dispo-  
 sute: hinc æquum est, ut qui interim pecunia illa usus est, etiam usu-  
 ras solvat, ne alterius jactura locupletior fiat. *l. 226. de R. I. l. nam hoc.*  
*natura. 14. de condit. indeb.* Solvit ergo usuras non ob moram, in qua  
 ob jussum Principis non est, sed ob compendium, quod ex pecunia ha-  
 bet. Hinc ut cursum usurarum sistat, necesse est, ut fortè legi-  
 time deponat. *l. debitor. 7. ff. de Usuris.* Conf. Esbach. in Carpz. *ad cit.*  
*def. Add. l. 15. §. 26. de injur.* ibi: quæ notabiliter fiunt, nisi specialiter  
 notentur, videntur quasi neglecta.

L.

Quod

- 48 Quod pœnam concernit, illa duplex est, vel *conventionalis* vel *legalis*. Ab utraque certa ratione excusat jussus. Qui enim propter epistalma Principis conventioni stare non potuit, veluti si in emtione venditione statuta sint tempora solutioni pecuniæ, hoc cum pacto, ut si non paruerit emtor, arrham perderet, & res inemta esset; & jam paratus sit emtor die statuto solvere, inhibeatur autem per jussum Superioris vel fiscum, ne ante pecuniam exsolvat, quam fisco a venditore satisfactum, emtor in legem venditionis commississe dici nequit, cum per eum non stetit, quo minus ante solveret. *l. mulier fundos. ult. ff. de Lege commiss.* In omni enim promissione intelligitur excepta autoritas Superioris ex justa causa supervenientis. *Math. de Afflict. decis. 328.* Poena *legalis* uidem ob jussum cessat. Vid. *l. quod Principis aut Superioris jussu. 23. de aqua & aq. pluv. arc.* Unde si jussu Principis dominus loci offa ab alio illata ejecerit, actione injuriarum non tenetur. *l. offa 8. pr. ff. de Relig. & sumt. fun.* Eadem ratione, si statutum sit, ne mulier forensi nubat, ni velit privari hereditate, quale statutum Mantua esse tradit Niger Cyriac. *Contr. for. 292.* Mulier tamen successione illa non privatur, quæ forensi Principe jubente nubit, praesertim si Principis interesse matrimonium concernat. Cum enim Principe mandante hoc fiat, hoc non potest nocere mulieri, cum ex facto alterius nemo prægravari debeat, maxime ex facto Princeps, per quod nemini laquens injici debet. *l. i. C. de his qui veniam erat. impetr.* Cravetta *Conf. 732. n. 6.* Neque enim ex sua, sed aliena electione nupsit forensi, nec Principi contradicere potuit, quo casu ei nulla culpa imputari potest. *Conf. Cyriac. cit. l.* Porro notum est, quod transigens de delicto reus habetur pro confessio & judicato, & si ex tali delicto actio mota, ex quo damnatum sequitur infamia, etiam infamiam incurrit. *l. athletas. 4. §. ult. l. s. l. 6. §. 3 ff. de his qui not. infam.* B. Struv. *Ex. 6. ib. 60.* excusat tamē & a pœna infamiae liberatur, si jussu Superioris facta sit transactio *cit. l. furti. 6. §. 3.* ubi pro cautela transactioni inseri solet: daß er keines weges animo confitendi, sondern allein aus schuldigsten respect gegen dem Churfürstl. Befehl oder dessen Hochlöbl. judicium diesen Vergleich eingegangen. *Conf. Gail. 2. obs. 102. n. 13. 14.* Pertinet huc c. miles. 13. & s. C. 23. quod miles excusat, si jussus hominem occidit, puniri vero debeat, si fecerit injussus, vel nisi fecerit jussus.

jussus. Hoc ipsum etiam in jure Feudali attenditur. Nam in eo plerique consentiunt, quod vasallus etiam dominum teneatur defendere non tantum in pugna, sed etiam in judicio, non vero eum oppugnare: quodsi fecerit, justa erit causa vasallum privandi feudo. Vid. Matth. de Afflict. *Dec. 26. n. 45.* Gail. 2. *obs. 157.* At vero si Superiori cogatur patrocinium adversus dominum suscipere, excusandus est, cum non sua sponte hoc faciat. Gail. 1. *Obs. 88. n. 5.* ubi *n. 8.* infert, eruditos advocates & procuratores nunquam contra Principem vel dominum territorii defensionem alterius suscipere, nisi expectata prius iustione Principis. Add. *I. nec quicquam. 9. § 5. de offic. Proc. & Lg.* Denique qui jussu Superioris coactus suspectam adit hereditatem ante vindicatam necem defuncti, non incidit in poenam SCti Syllan. *I. si quis. 24. de SCt. Syllan.* Conf. Matth. de Afflict. *dec. 328.* ubi adducit casum, quo mandatum de non solvendo excusavit debitorem a poena caducitatis.

Cæterum cum non raro accidere soleat, ut exequentibus mandata Principis per casum fortuitum quid accidat, veluti latronum insultatione, aut furum insidiis, naufragioque, queritur: an jussus etiam hunc effectum habeat, ut Princeps damnum illud Legato resarcire obstrictus sit? De mandatario res expedita est, quod mandans ad casus fortuitos praestandos non teneatur, v. c. si spoliatus sit a latronibus, aut naufragio res amiserit; *I. inter causas. 26. § 6. ff Mandat.* nisi forsitan damnum contingat ex re ipsa mandata, *I. si servus. 61. § 5. ff. de furt.* vel mittatur ad loca manifesto periculosa, Hahn. ad W. *tit. Mand. n. 10.* In Principis tamen ministro forsitan contrarium dicendum, cum in hujus arbitrio situm non fuerit exequi epistalma nec ne, sed patere necesse habuit: hinc clementius cum Legatis agere solent Principes, si quidem justissime allegant, se non fuisse id damnum passuros, si id mandatum, quod declinare, sicuti alii mandatarii, non potuerunt, non accepissent. Conf. Richter. *Vol. 2. consil. 19.* Et in hanc sententiam etiam inclinat Ill. *Dn. de Rhei. Insti. Iur. publ. L. 2. tit. 33. §. 4.* ubi ait. Usu juris publici & de curialitate Principes solere damnum rependere Legato: quin & Gothofft. ad *I. cit. 6. lit. d.* notat ex Accursio illum §. de curialitate non observari. Conf. Cravett. *Consil. 525 n. 3.* Ruland. *de Commiss. P. 1. L. 2. c. 12. n. 8. seqq.* Natta *Consil. 108. n. 4.* Vincent. Caroc. *tr. de Locat. p. 2. q. 3. n. 3.* Interdum quoque jussus Principis habet effidum

*effectum pene*, siquidem in aulis Principum saepe contingit, ut ad i-  
ram Principis significantam quis aula prohibeatur, daß ihn der Hoff  
verbothen wird. Brunn. ad l. 3. ff de offic. proc. Cas.

58 Cæterum notum est, quod factum seu voluntas Principis habeatur  
pro casu fortuito; Socin. in l. quidam relegatus. 6 in tert. notab. sub n. 3.  
ibi : quia voluntas Principis videtur quodammodo casus fortuitus. ff.  
de reb. dub. Petr. Franc. de Tondut. de quest. & Resol. benef. l. 2 c. 50. n.  
53. in f. quia ejus imperio resisti non potest. Hector Capyc. Latr. de-  
cisi. noviss. dec. 200. n. 34. Scbast. Medices tr. de cas. fortuit. q. 13. n. 6. Crav.

59 59 Inde novus emergit effectus, quod scil. epistalma habeat  
effectum casus fortuiti. Id ipsum eleganti casu JCtus in l. Lucius Titius.  
60 n. ff. de Evid. comprobatur. Nimitum Lucius Titius emerat in Ger-  
mania prædia & partem pretii intulerat: cum in residuum quantitatatem  
jure emtionis conveniretur, questionem retulit, dicens, has possessiones  
ex præcepto Principali auf Fürstl. Ordre partim distractas, partim in  
præmia veteranis assignatas, (quod Principi licuisse declarat Gothofr.  
in not. ad cit. l. quæstio instituebatur, an ad venditorem hujus rei pe-  
ticulum pertinere deberet, ita ut ad evictionem emtori teneretur? Re-  
spondit Paulus futuros casus evictionis post contractam emtionem ad  
venditorem non pertinere, hinc nihilominus pretium prædiorum peti  
posse. Hæc tamen dispositio l. cit. locum habere nequit in eo, qui jus

61 ab ipso Principe habet. Petr. Franc. de Tondut. l. cit. n. 56. Eadem de-  
cisi obtinet in l. s. fundus. 33 ff. Locat. si scil. fundus, quem alteri quis  
locaverat, jussu Principis publicatus sit, nam tunc domino nihil impu-  
tari potest, & sic quidem mercedem, quam præstiti conductor, restitu-  
ere debet, ejus s. l. temporis, quo fruitus non fuit, non vero ultra quid  
actione ex conducto præstare cogitur. Et additur ibi elegans hujus  
decisionis declaratio: quod distinguendum sit, an colonus prohibe-  
atur frui fundo ab eo, quem locator prohibere poterat, ne id faceret,  
tunc enim omne interesse præstare tenetur: an vero ab eo prohibe-  
atur, quem prohibere locator propter vim majorem aut potentiam e-  
jus non poterat, & tunc interesse peti nullum potest.

62 Denique Epistalma quoque operatur iussum metum; Tiraqv. de  
pæn. temper. c. 35. itmo & ipsæ preces potentum importunæ. Petri Bel-  
luga Specul. Principum Rubr. 35. n. 42. ibique Camillus Borellus in com-  
mens.

ment. lit. c. Ferdinand. Arias de Mela Variar. Resol. lib. 3. c. 36. n. 5.  
 Nam cum Magistratus subalternus etiam hunc per sua iussa s<sup>e</sup>pe inferat, licet per injuriam, l. continet. 3. inf ff. quod met. caus. & ita venditiones, donationes, transactionesque per potentiam extortae infirmari debeat: l. f. C. eod. multo magis id de summorum Principum epistalmate dici potest. Nam & jam supra cap. praeced. ostendimus, 63  
 hunc metum operari in exequente mandatum injustum leviorem ponam. Cum vero expediti juris sit, metum justum restitutionis in integrum præbere auxilium, quæstio haud vana inde moveri potest: an & quatenus is, qui ex iussu Principis aliquid facere debuit, restitutionis auxilium implorare poshit: Quid enim si quis ad matrimonium cum persona quadam conrrahendum ex iussu Principis coactus fuerit, annon postea audiendus sit, minas sui Princeps & justum metum allegans, ut matrimonium nullum declaretur? Evidem metus reverentialis restitutionem haud parit, vid. l. 22. de R. N. & sic si quis solummodo ex sola reverentia erga Principem suum matrimonium hoc svadens uxorem duxerit, metus hic tanquam insufficiens merito rejiciendus. Sed si ponamus accesisse præceptum minis refertum, ex quo omnino metus justus ortus fuit, tale matrimonium nullum esse puto, nec rescissioni locum fore. l. 14. C. d. Nupt. Id enim singulare est in matrimonio, quod metu initum non subsistat, sed statim ab initio ipso jure nullum sit Conf. Petr. Belluga Specul. Principi. Rubr. 35. n. 40. & 41. Multo magis ergo in aliis, ubi restitutioni locus esse potest, operabitur restitutio- nem in integrum.

## CAPVT V.

De

MODIS EPISTALMATA DIS-  
SOLVENTIBUS.

SUMMARIA.

**L** Ex & epistalma tam in dura-  
 tione quam constitutione  
 dependent a voluntate Princi-  
 pius. 1. Quibus modis cesset voluntas? 2.  
 In mandato privatorum plures mo-  
 di sunt quam in epistalmate. 3.  
 Unice modi dissolverdi epistalma  
 defen-

L 3

- dependent a voluntate Principi-  
pis. 4.*
- Quid Revocatio? 5.*
- Hec finem imponit negotio Legato  
injunctio. 6.*
- An Principalis obligatur ex eo,  
quod post revocationem a mini-  
stro factum? 7.*
- Decisio. 8.*
- Declaratio. 9.*
- An & quatenus hic res integra esse  
debeat. 10.*
- Si res non amplius integra, revoca-  
tio frustranea est. 11.*
- Limitatur assertio. 12.*
- Ratificatio quotuplex. 13.*
- Quid juris inter diversa Epistal-  
mata? 14.*
- Quid si dubitetur, quodnam Epi-  
stalma sit posterius? 15.*
- Punitur minister revocationem in-  
super habens. 16.*
- Quidnam operetur revocatio, ubi  
mandatum ad subditos dire-  
ctum? 17.*
- Mors Principis dissolvit epistalma.  
18.*
- A successore renovatum epistalma exi-  
gi dicitur. 19.*
- Declaratur sub distinctione. 20.*
- An heres teneatur ex epistalmatis exi-  
cutione defuncto injunctio? 21.*
- Decisio. 22.*
- Conclusio. 23.*

**I**licut lex omnis dependet ex voluntate Principis, tam in constituti-  
one quam in duratione, & tam diu censeatur durare, donec de con-  
traria Principis voluntate vel expresse vel tacite constet; ita & epistal-  
mata tam diu ministrum, aliumve ad quem directa sunt, obligant,  
quamdiu Princeps in eadem voluntate permanet. Unde sicuti volun-  
tas Principis constituit epistalmata, ita & eadem voluntas ea retrahit,  
dissolvit & annullat, ut non amplius minister inde obligetur. Vo-  
luntas vero tanquam omnium epistalmatum primaria directrix cessat  
variis modis: Primarii tamen in hac materia consistunt in eo, quod vel  
non possit amplius velle, vel quod quidem possit, idem tamen amplius no-  
lit, quod antea voluit. Hinc oriuntur duo modi: *Revocatio & Mors ipsius*  
**2** *Principis.* Evidem in mandato privatorum plures modi reperiun-  
tur, videlicet *Renunciatio*, ita tamen ut integra causa mandatori reserve-  
tur; imo cum illud ex amicitia suscipiatur, illud quod amicitiam tol-  
lit, tollit quoque ipsum mandatum. Sed tales modi hic notorie ces-  
sant. Nam saepe jam monitum, epistalma habere necessitatem paren-  
di,

di, quæ excludit renunciationem, ita ut qui voluntati Principis resistat, (modo nullam resistendi causam habeat) ordinationi divinæ resistat. Ergo unice videntur modi dissolvendi epistalmata dependere a voluntate Principis, nisi quod mors ministri aliquando impedire posset, quo minus epistalma non posset exequi, quo ipso tamen epistalma non cessat; nam & post mortem ejus, cui epistalma injunctum, adhuc Princeps in eadem voluntate persistere, & ita illud per alium Ministrum exequi potest; quod secus est in mandato privato, quippe quod contractu, & ita mandantis & mandatarii liberrima voluntate constituitur.

*Revocatio ergo est, quando Princeps jussum ministro datum non vult exequi; id quod contingere imprimis solet in Ducibus belli, wenn sie contramandret werden / propter variam belli fortunam & circumstantiarum mutationem frequentissimam: vel in Legatis, wenn sie Ordre bekommen/ daß sie von den Tractaten sollen abbrechen / vel etiam quando plane ad aulam revocantur, wenn sie ihre rappelle bekommen; antea enim discedere de loco non debent, quod pluribus illustravit sepe laudatus Wicquef. L. 1. part. 30. Hac revocatio fieri etiam potest tacite, veluti superveniente secundo Epistalmate diverso a primo eidem personæ, cui primum mandatum fuerat; maxime si in secundo mandato adsit nova forma, quæ non erat in primo. Pet. Franc. de Tonduti de prevent. judic. P. 2. c. 35. n. ult. Et tunc quidem omnino abstinere debent, nec ulterius progredi, etiam si vel maxime finis tractatum immineat. Si vero nihilominus pergant in negotio peragendo suo Principis, queritur; num Principalem suum inde obligent? Evidem revocato mandato, exspirat omnis vis agendi in ministero, & ita Principem obligare posse non videtur. Accedit, quod minister solummodo sit voluntatis Principis interpres; cessante vero voluntate ejus, cessare debent omnes effectus. Sed tamen puto obligari inde omnino Principem. Sufficit enim pro altero Principe, quocum negotium per Legatum gestum, mandatum semel Legato datum esse, cuius intuitu ille fidem Legato habere debuit, alioquin nunquam securae per Legatos negotia Principes expedire possent. Et præterea revocatio est facti: facti autem alieni ignorantia nemini fraudi esse debet... l. Regula est. 9. ff. de I. & F. ignor. Peccat quidem Minister si contra jussum*

jussum agat, sicuti etiam peccat, si contra privatam instructionem agat, ubi tamen nihilominus suum Principem obligat. Sane alteri Principi hoc indicari debuisse, ne quid amplius cum Legato suo negotii gereret, quo ipso omni obligatione liberatus esset. Sicuti enim gesta cum procuratore vero non valent, nisi de mandato ejus constet; sic & revocatio mandati multo magis apparere debet, ex regula in c. i. de R. I. l. nibil tam naturale. ff. eod. Ferdinand. Arias de Mesa Variar.

9 Resol. lib. 3. c. 43. n. 2. Simile quid occurrit in privatis negotiis. Nam & si debitores manumisso dispensatore Titii per ignorantiam liberto solverint, liberari eos constat, §. 10. I. Mand. quod etiam ad Institutores applicari potest. Unde inter mercatores moris est, ut dimisso institore hoc notum faciant aliis, sie pflegen es quiss alle handels Pläze fund zu machen. Procuratoris enim revocatio ipsi tantum nota, nocet domino revocanti; non adversario ignorantis. Ferdinand. Arias de Mesa cit. loc. n. 5. ubi simul in seqq. ad varios textus Juris Civilis & Canonici plenius respondet.

10 Quanquam vero in mandato privatorura revocatio debeat fieri re *integra*; §. 9. I. Mand. hoc tamen in praesenti materia ita est intelligendum, ut res adhuc semper *integra* sit, quamdui adhuc in nudis tractatum finibus contrahentes subsistunt, quo' ipso sit, daß sich die tractaten zerschlagen. Tunc vero revocatio est *intempestiva*, & sic frustranea, quando revera res non amplius est *integra*, h. e. quando jam negotio, ratione cuius missus fuit Legatus, finis impositus: id enim per contrarium jussum rescindere nequit Princeps.

11 12 l. 5. C. de Obl. & Aet. Nisi (1) Legatus officii limites notorie excesserit, weil er keine Ordre zu schließen gehabt / & hoc Princeps alter etiam non ignoraverit. (2) Princeps ratificationem totius negotii sibi reservaverit, & id ipsum alteri Principi notum fuerit, ipseque Legatum cum hac conditione admiserit. Hoc enim casu semper res erit *integra* Principi, etiam post negotium jam peractum, ante ratificationem; & si Principis salus & interesse ita svadeat; revocatio etiam tunc plenum effectum habebit, Ratificatione autem accedente, res *integra* esse desinit. Cauti tamen hic esse debemus, ne hoc intelligamus de quavis ratificatione: alia enim est *necessitatis*, alia *voluntatis*. Illa est quae negotio a Legato peracto accedit majoris securitatis, non demum obliga-

## EPISTALMATA DISSOLVENTIBUS

89

*vigationis inducenda gratia*, quales ratificationes in pace per Legatos inita intervenire solent, seu recentissima exempla pacis Ryswicensis & Carlovicensis docent. Conf. etiam Dn. Præf. *dijput. de Obl. Princ.* ex fact. Min. c. 2. n. 16. Et hic revocatio nullum sibi vindicat locum. Hæc est, quando Princeps ex facto sui Legati non aliter vult obligari, nisi accesserit demum ejus ratificatio, & tunc est mandatum limitatum, de quo *cap. 4. quædam monimus*. Et hoc casu res integra semper est, antequam hæc accesserit.

Ex hac revocatione oritur *Diversitas Epistalmatum*, ubi notan.<sup>14</sup> da Regula: Inter diversa Epistalmata, novissimum præfertur, tanquam anteriori derogans. vid. *Mev. consil. 100. n. 105.* Nam & lex posterior derogat priori *l. 4. ff. de consil. Princ.* cuius vicem epistalma sustinet.<sup>15</sup> Sed qui si dubitetur, quodnam epistalma sit posterius, si forsitan eodem tempore ad Legatum perferantur, nec alterum alterius mentionem faciat? Neutrū valere puto, adeoque rescribendum Principi, &<sup>16</sup> secunda iusfas est expetenda. Non dubium vero est, Ministrum revocationem epistalmati temere negligentem, perfidiæ insignis reum fieri, & penitus legitimis subjiciendum esse, quæ tamen arbitrio Principis determinandæ relinquentur. Quod alia mandata, per quæ Principis cum suis subditis agit, concernit, illa vel odium vel favorem eorum concernunt. Si prius, revocatio argumentum gratiæ erit, velut si mandaverit, ne hic vel ille ad aulam accederet, & iterum hanc prohibitionem revocaverit. Si posterius; tunc etiam quoad revocationem respiciendum esse existimat, an per illud epistalma jam sit jus quæsitum subdito, an vero non? exemplum prioris allatum supra de eo, der Ordre zu werben erhalten / qui mox eo ipso ad certum officium militare admotus censetur, & præcedentiam præ alio, der auch nebſt ihm die Ordre zu werben erhalten / obtinet, & ibi revocatio temere fieri nequit, laderet enim jus tertio quæsitum.<sup>17</sup>

Deinde *mors Principis* epistalma dissolvit. Pendet enim illud ex ius voluntate, & exinde omnem vim capite cessante ergo illa voluntate cessat etiam Epistalma: ultimus autem voluntatis humanæ terminus mors est. *l. locatio. 4. ff. locat. c. si gratiose. 5. X. de Rescript. in 6.* Idem etiam obtinet in privatorum mandatis integro adhuc mandato.<sup>19</sup> §. 10, *I. Mand.* Imo cum in Epistalmate Principum majus versetur præ-

M

judi-

90 CAP. V. DE MODIS EPISTALM. DISSOLV.

Judicium, major publicæ salutis ratio, quam si privatorum negotia alicui mandentur, hinc majori cautione opus ei, cui demandata est Epist. Imatis executio, nescil id temere exequatur, postquam mors Principis sui intervenierit, sed vel a Republ. vel a Principe renovatum exigat epistalma, & ita in eo recedit a natura mandati privati, ubi mors non ejusdem efficaciam est, ac revocatio ceu ex Baldo plenius notat.

20 Christoph. Crespus de Valdaura obser. 108. n. 25. Cum autem successio fiat vel per electionem, vel per successionem, & in regnis seu Principatibus successivis non videatur mori Princeps, propter continuum successorem, qui ipso momento mortis defuncti Principis in jus ejus succedit, facilius ille, cui epistalma datum, a successore novam instructionem exigere potest, quo sit, ut ejus nova voluntate novum exsurget epistalma. Evidem heres tenetur præstare factum defuncti, sed quamdui epistalma non est perfecte executione mandatum, res adhuc merito successori integra esse debet, & ita revocationi locus. Gravius dubium in hoc latere videtur; an & quatenus heres obligetur ex Epistalmatis executione a defuncto injuncta, & quatenus in eum effectus redundare possint? sane si injustum mandatum fuerit, nulla culpa Principi imputari potest, cum delictorum imputatio ad heredes non transcat. In aliis res eo redit, ut videamus, quatenus, ad factum defuncti servandum successor teneatur, ubi de successione certum est, quod sicuti ad contractum defuncti servandum, ita & ex obligationes Epistalmatis teneatur: arg. 2. feud. 45. si vero jure proprio succedat, quod etiam fit in Episcopatibus, quia jure electionis succedit, non ita obligatur successor: Schrad. de feud. p. 3. c. 2. n. 26. Carpz. p. 2. C. 45. def. 52. sub hac tamen limitatione, nisi intuitu dignitatis Principalis negotium gestum, & Epistalma, quod executioni mandatum, huc respexerit. Vid. plenius Hahn. ad W. de constit. princip. n. 2. verb. Princeps successori &c. Atque haec de tam illustri materia adduxisse sufficiat. Si quid minus digne minusque apte pro dignitate materiæ edisseruit, benevolum, non lividum expeto censorem, qui animo secum reputat in aliorum erroribus detegendis & emendandis plus peccari, si in erroribus proprios inquirere ex insana philautia quis supersedeat.

21 DEo interim sit gloria in æternum.



02 H 1101



LDNP





B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red


Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13



Q. D. B. V.

**IVSTI HENNING. BÖHMER I.D.**  
PROFESS. IVR. ORDINAR. IN ACADEM. FRIDERIC.  
**MEDITATIO**  
**DE**  
**J V R E**  
**EPISTALMATIS,**  
**von Fürstlicher Ordre/**  
*Occasione L. bene a Zenone. 3. C. de  
quadr. præscr.*  
Olim  
**IN REGIA FRIDERICIANA**  
per modum disputationis inauguralis  
**PRÆSIDE**  
*Jcto, dum viveret, consummatissimo*  
**B. DN. SAMVELE STRYKIO,**  
REGIÆ MAIESTATIS BORVSSICÆ CONSILIAS. INTIMO.  
PROFESSORE PRIMARIO, ET FACULT. JURID. ORDINARIO,  
*Anno 1699.*  
ERVDITORVM EXAMINI EXPOSITA,  
iam denuo edita.

---

**HALÆ MAGDEBURGICÆ,**  
Typis CHRISTOPH. ANDREÆ ZEITLERI, Acad. Typ. 1713.